



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

NYPL RESEARCH LIBRARIES




3 3433 08160594 5



NRO
(1843)

Hesiod
Collected



ADDITIONAL INFORMATION

...

...

...

BIBLIOTHECA GRAECA

VIROBUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. V.

CONTINENS

HESIODI CARMINA

ED.

CAROLO GOETTLINGIO.

EDITIO ALTERA.

GOTHAE, MDCCCXLIII.

SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.

(LONDINI APUD D. NUTT. 158. FLEET STREET.)

H E S I O D I
C A R M I N A.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS INSTRUXIT

CAROLUS GOETTLINGIUS.



EDITIO ALTERA.

18

GOTHAË, MDCCCXLIII.
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
(LONDINI APUD D. NUTT. 158. FLEET STREET.)

1901

JANUARY 1901

RECEIVED

10

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

FRANCISCO PASSOVIO

ET


IOANNI SCHULZIO

PRAECEPTORIBUS SUIS

UT GRATISSIMI ANIMI VETERISQUE AMICITIAE PIGNUS

DEDICAVIT

C. GOETTLINGIUS.



I. De vita Hesiodi.

De Hesiodi vita breviter licet dicere, quoniam ipsa quae ei adscribuntur carmina fontes antiquissimi esse videntur, quos sequere. Sunt ex recentioribus qui Cumaeum dicunt (in quibus I. H. Vossium esse mireris, v. *Alte Weltkunde* p. XX., et Schoellium *Hist. lit. Graec.* T. I. p. 130. ed. nov.), quanquam hi ex ipsis Hesiodi poematis discere poterant Ascrae in Boeotia, oppido quadraginta stadia a Thespiis sito (Eustath. II. p. 266.), cuius nullae nunc reliquiae supersunt, natum esse auctorem Operum. Nam *Egy.* versibus 650 sq., quibus in hanc rem usus est auctor Certam. Homeri et Hesiodi n. edit. p. 313., ita legitur:

*οὐ γὰρ πάποτε νηῖ γ' ἐπέκλων εὐρία κόπτον,
εἰ μὴ ἐς Εὐβοίαν ἐξ Ἀυλίδος.*

Unde satis patet Hesiodum nondum fuisse natum, quum eius pater Cuma Aeolensium Ascram Bocotorum venisset (v. *Egy.* 636.), ut ibi domicilium poneret. Ascram patriam Hesiodi praeterea testantur poetae antiqui tantum non omnes. Sic Chersias Orchomenius, quem titulum inscripsisse tumulo Hesiodi dicebant Orchomenii, Pausaniae coevi. V. *Pausan.* IX, 38. fin.:

*Ἡσιόδου, τοῦ πλείστον ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρσιταί
Ἄνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης,
Ἄσκη μὲν πατρίς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
Ὅστία πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει.*

Atque longe probabilior est sententia, quae Chersiae hoc epigramma, quam ea, quae Mnasalcae tribuit (v. *Brunck. Anal.* I. p. 193. et *Anthol. Pal.* VII, 54.). Hoc enim tum ex eo elucet, quod Mnasalcae Dorica dialecto in ceteris epigrammatis usus est, quam veram esse ipsum eius nomen testatur, tum eo, quod Ari-

stoteles, siquidem Aristoteles est auctor epigrammatis (v. Brunck. Anal. I. p. 178. Anthol. Palat. II. p. 750.), Mnasalca sine dubio antiquior, pentametro usus est hoc:

ὄστέα κληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει,

sublecto veteri poetae, Chersiae, ut videtur. Hesiodi patriam praeterea testantur Nicander Ther. 12., Moschus III, 58., Ovid. Art. Am. II, 4. Fast. VI, 14. Verum civitatem, quanquam gente cognati, non videntur patri dedisse Ascracii, ita ut propter egestatem (*Egy.* 638.) ἀτιμητος μετανάστης esset. Sic enim audiebant antiquis temporibus qui postea μέτοικοι dicebantur; v. Homer. Il. IX, 648., quem recte sic intellexit Aristoteles Polit. III, 8: λέγεται μάλιστα πολίτης ὁ μετέχων τῶν τιμῶν, ὥσπερ καὶ Ὀμηρος ἐποίησεν· ὡσεὶ τιν' ἀτιμητον μετανάστην· ὥσπερ μέτοικος γὰρ ἐστὶν ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων. Post vero opus crevisse videntur, nam Hesiodus in Helicone oves pascebat (sic enim prooemium Theog. 23.), et, patre mortuo, quum litibus hereditariis, quas Perses frater ipsi intenderat, iudicium dolo malo pravaque sententiā cecidisset, fratri, quanquam litigioso, de suo dedit. Hoc testantur *Egywon* versus 396 sq.:

*ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἐμ' ἦλθες· ἐγὼ δὲ τοι οὐκ ἐπιδάσω,
οὐδ' ἐπιμετρῶσω,*

de quorum sententiā v. annotationem. Hinc Ascra relicta per partes quasdam Graeciae migrasse videtur. Versus enim *Egywon*, quibus, ut cum C. Velleio Paterculo (I, 7.) loquar, patriam, quia multatus ab ea erat (nempe in causa cum fratre acta), contumeliosissime testatus est¹): versus igitur 639. 640:

νάσσατο²) δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος οἰζυρῆ ἐνὶ κόμῃ

Ἄσκραν, χεῖμα κακῆ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλήν,

non scripti sunt Ascrac, sed alias, fortasse Orchomeni. Orchomenii enim secundum fabulam antiquam, de qua post dixero, ossa poetae ad se transtulerunt, ea ad se pertinere proprie testantes. Certe Pausanias (I, 2, 3.) quo nitatur, quum migrationem respicere Hesiodum ita dicit: Ἡσίοδος δὲ καὶ Ὀμηρος ἢ συγγενέσθαι βασιλεῦσιν ἠτύχησαν ἢ καὶ ἐκόντες ἀλιγώρησαν, ὁ μὲν ἀγροικία (quod non recte vertitur „agriculturae amore” a Rankio de Hesiod. Oper. et Dieb. p. 26.) καὶ ὄκνην πλάνης, plane nescio,

¹) Haec non satis intellexit Harlesius ad Fabricii bibl. Gr. I. p. 572. corrigens in Velleio: quia pater multatus erat.

²) Auctor Cert. *νάσσατο* p. 313.

nisi in ultimo habuit Oper. v. 630., qui migrationem tamen per Græciam non excludit.

Hæc sunt, quæ quis de Hesiodi vita ex his carminibus collat, quæ huic poetæ adscribuntur. Præmissi autem hæc, quod antiquissima esse videntur omnium, quæ de Hesiodi vita tradita memoriam sunt; non quod ab ipso Hesiodo profecta esse putem. Nam versus omnes, ex quibus hæc hausta sunt, adiecti postea sunt atque ex memoria, quamquam antiqua, hominum sublecti, ut singillatim demonstrare conatus sum in animadversionibus. His additæ sunt postea narrationes commentitiæ a Iogographis et ab Ephoro, et fabulæ quaedam in Hesiodum translatae sunt, quæ non de ipso poeta intelligendæ erant, sed de secta epicorum, quam et ipse sequebatur et quæ postea ab eo nomen duxit. Dicam de omnibus ordine. Ac primum quidem e Iogographis Hellenicus, Damastes et Pherecydes Hesiodi gentem pertinere ad Orpheum dixerant. Sic enim Proculus in chrestomathia grammatica (v. Bekkeri præf. in schol. Ven. p. I.; Thiersch. Act. Phil. Mon. II. p. 576., Bibl. Vet. Lit. et Art. I. p. 8., cf. Lobeck. Aglaoph. p. 322.): *Ἑλλάνικος δὲ καὶ Δαμάστης καὶ Φερεκύδης εἰς Ὀρφεία τὸ γένος ἀνάγουσιν αὐτοῦ. Μαίονα γὰρ φασὶ τὸν Ὀμήρου πατέρα καὶ Δίον τὸν Ἡσιόδου γενέσθαι Ἀπέλλιδος τοῦ Μελανωποῦ τοῦ Ἐπιφραδέως τοῦ Χαριφήμον τοῦ Φιλοτεργείος τοῦ Ἰδυονίδα τοῦ Ἐνυκτείου τοῦ Δωρῶνος τοῦ Ὀρφείως.* In quo loco primum hoc animadvertendum est, verba *Μαίονα γὰρ φασὶ* non ita intelligenda esse, quasi totum hoc stemma, quod sequitur Homeri et Hesiodi, explanatum a Iogographis singillatim esset. Nam Hellenicum nihil dixisse aliud quam gentem Hesiodiam ad Orpheum pertinere ex affo Proculi loco apparet, schol. ad Hes. *Egy. 631. (Gaisf.): ὡς περ εἰμός τε πατήρ καὶ σὸς] Τούτῳ φασὶ διὰ τὸ μιμῆσθαι τὸν πατέρα. Ἑλλάνικος δὲ Φορωνίδι ἀπὸ Ὀρφείως φησὶν εἶναι τὸν Ἡσιόδου.* Hic quid sit illud, quod de Orphæo ex Hellenico adfectum a Proculo est ad locum, quo patris sui Hesiodus meminerat, plane non perpexeris, si Hellenicus progeniem Homeri Hesiodique ab avo atavoque usque protulerat. Nam patrem Homeri Mæonem (si vere ita dixit, nam auctor Cert. p. 316., 20^o habet *Βίωνα*) potius aliunde nosse. Accedit, quod de Damastè, si etiam ad hunc pertinuisse quis dicat illud *φασὶ*, prorsus dissentit auctor anonymus in Iriart. Bibl. Matr. p. 233: *Ἀναξιμένης καὶ Δαμάστης καὶ Πινδαγος Χίον τὸν Ὀμήρου ἀποφαινόνται καὶ Θεόκλιτος, ὃ δὲ Δαμάστης δένειτον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Μουσίου*

φησὶ γυγώνται; Musaeus enim ne commemoratur quidem in stemmate Proculi, secundum quem pro Musaeo Dorio quidam, ipse incertus, decimus gentis introducit. Ac Welckerus quidem (Cycl. epic. p. 149.) hanc diversitatem Damastis ab Hellanico facile posse explicari putat; sed, ut verum fatear, admodum vereor, ut hoc evicerit vir doctissimus: „Denn grade im zehnten Gliede, inquit, weichen auch die drey andern (auctor Certaminis Homeri et Hesiodi, Charax ap. Suidam v. *Ὀρπηος* et Proculus ipse) unter einander ab und alle drey scheinen Volkstämme im Auge zu haben; Musäus aber deutet auf Athen, des Orpheus Sohn Dorion deutet auf die Dorier, wie Pieres, des Linos Sohn, auf Pierien — der *Δρῆς* des Charax ist vermuthlich *Θρῆξ*, da nach dem makedonischen Dialekt *δ* für *θ* eintritt; der *Ὀρπηος* aber im Wettstreite neben diesen beiden ist wahrscheinlich in *Ὀτρως* zu ändern; welcher Odrysen bedeutet.“ In quo non animadvertit Welckerus *Δρῆς* nomen proprium (nam flexim pronuntiandum erat) mutari non licere propter auctoritatem grammaticorum: Choeroboscus enim p. 1188. Anecd. Bekk. (ed. Gaisford. p. 43. 132. 133.) ita: τὰ εἰς ης μονοσύλλαβα, ἐὰν μὲν περισπωῶνται, ἀποβολῇ τοῦ σ ποιῶσι τὴν γενικὴν, ὅταν δὲ Δρῆς τοῦ Δρῆ, ἢ Τρῆς τοῦ Τρῆ· ταῦτα δὲ παραλόγως ἔχουσι τὴν γενικὴν εἰς η καταλήγουσαν· οὐδέποτε γὰρ εὐρίσκεται γενικὴ εἰς η καταλήγουσα, εἰ μὴ ἐπὶ τούτων τῶν δύο. Εἰσὶ δὲ ταῦτα ὀνόματα κύρια. Quicum conspirat Iohannes Alex. *τον. παραγγ.* p. 7, 30., ubi pro *Κρῆς* legendum esse *Δρῆς* monui in libro de accent. p. 119. Adde Theognost. Canon. in Cramer. Anecd. Ox. T. II. p. 134, 27. illum autem *Ὀρπηον* apud auctorem Certaminis non ausim in *Ὀτρων* mutare, hoc ut Odrysas significet. Ac si vel maxime concesseris, quod ego quidem non concedo, utrumque nomen sic mutari licere, ut mutavit Welckerus, nihil inde pro re Proculi lucratur. Non consentit enim ullo modo Damastes cum illa Proculi serie. Quare mihi quidem Proculus inde a verbis *Μαίονα γὰρ φασὶ* neque Hellanicum nec Damastem nec Pherecydem, qui nihil quam Orphici generis fuisse Hesiodum dixerant, sed alium scriptorem intellexisse videtur, qui id, quod logographi digito quasi monstraverant, suo modo uberius adumbraverat. Neque obscurus est ille. Nam auctor anonymus in Iriart. Bibl. Matr. p. 233. ita: *Ἐφορος εἰς Χαρίφημον ἀνάγει τὸ γένος αὐτοῦ*; Chariphemus autem neque ab auctore Certaminis neque a Charace commemoratur, sed a Procule tantum, unde sponte patere videtur Ephorum auctorem secutum esse

Proculum, eundemque Ephorum logographorum vestigiis insistentem intelligendum esse inde a verbis *Μαίωνα γὰρ φασί*. Proculus vero, quum mares tantum stemmatis Hesiodii et Homericici indicare vellet, non addidit Ephorum praeterea alterum Maeonis fratrem Diū commemorasse, ex cuius filia Cretheide (Aeolicam Crethea ipse Hesiodus commemoraverat fragm. 32.) Maceo Homerum procreavit. Sic enim auctor anonymus de vita et poesi Homeri 2. (Plut. script. T. XIV. p. 475. Hutten.): *Ἐφερος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος ἐν συντάγματι τῷ ἐπιγραφόμενῳ Ἐπιχωρίῳ Κυμαίων αὐτὸν ἀποδεικνύουσι πεισθόμενός φησιν, ὅτι Ἀτελλῆς [ἢ Ἀπελλῆς] καὶ Μαίων καὶ Δίος ἀδελφοὶ Κυμαῖοι τὸ γένος. ὡς Δίος μὲν διὰ χρεῖα μεταφύγησεν εἰς Ἄσυρον, κόμην τῆς Βοιωτίας, κάσι γῆμας τῆς Πυκιμῆδην ἐγέννησεν Ἡσιόδου. Ἀτελλῆς δὲ τελευταίως ἐν τῇ πατρίδι Κόμῃ κατέλιπε θυγατέρα Κρηθηίδα τοῦνομα, προστησάμενος αὐτῇ τὸν ἀδελφὸν Μαίωνα. ὃς διαπερεύσας τὴν προσηγμένην καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τῷ γιγνόμενῳ δέσσει καταγνώσειν ἰδὼκεν αὐτὴν πρὸς γάμον Φηρίῳ τῷ Σμυσθαίῳ, δεδασκάλῳ γραμμάτων, φειτώσα δὲ αὐτῇ ἐπὶ τοῖς κλυτοῖς, εὐῆσαν παρὰ τῷ Μέλῃτι, ἀπεκύησε τὸν Ὀμηρον ἐπὶ τὸν ποταμὸν καὶ διὰ τοῦτο Μελησιγενῆς ἐκλήθη. In quo notandum est verba διὰ χρεῖα, si ab Ephero profecta sunt vel ab eo, cui Ephori dicta in animo erant, non ita cum Tractate intelligenda esse, ut „propter nomina facta” significent, quemadmodum concludas ex Hesiodi *Ἐγγ. 639.*, sed „necessitate coactum propter facinus aliquod.” V. Proculus ad Oper. 638: *Ἐφερος δὲ φησι τοῦτον (Hesiodi patrem) εἰς Ἄσυρον ἐλθεῖν οὐ δι’ ἐμπορίαν, ἀλλὰ φόνον ἐμφύλιον ἐργασάμενον*²⁾. Si verum est quod demonstrare conati sumus, Proculum non logographorum, sed Ephori stemma proposuisse, verisimile etiam esse videtur eundem Ephorum gentem Orphei eodem modo ab Apolline et Theosa vel Aethusa derivasse, atque hoc indicatur ab auctore Agonis et ab Charace, ut totum stemma gentilicium secundum Ephorum hoc fuisse videatur: *Ἀπόλλων καὶ Θόωσα, Δίος, Πίερος καὶ Μεθώνη, Οἰαγρος καὶ Καλλιόπη, Ὀρφεύς, Λωρίων, Εὐκλῆς, Ἰδμονίδης, Φιλοτρεικῆς, Χαρίφημος, Ἐπιφραδῆς, Μελανωπός, Ἀπελλίς, Ἀπελλῆς,**

²⁾ Quid Apollodorus (vel Autodorus) Cumaeus de eadem re dixerit nescimus. Cramer. Anecd. Ox. IV. p. 310: φασὶ δὲ Ἀυτόδορον [nescio an legendum sit Ἀπολλόδορον, v. l. Clasesen de grammat. Gr. primord. p. 8.] τὸν Κυμαίων πρῶτον ἐπιγραφόμενον αὐτὸν γραμματικὸν σύγγραμμά τι γράψαντα περὶ Ὀμήρου καὶ Ἡσιόδου.

Δίος (Δίου Πέτρης καὶ Ἡσιόδου), Μαιῶν (Μαίλωνος Ὀμηρος).
 Ex Strabone vero XIII. p. 426., qui Ephorum ante oculos ha-
 buit, recte concludas Ephorum Diū patrem Hesiodi. ex v. 208.
 Operum efficiasse. Sic enim ille: ἀνὴρ δ' ἄξιος μνήμης ἐν τῆσδε
 τῆς πόλεως (Κόρης) ἀναντιλέκτως ἴστιν Ἐφορος τῶν Ἰουδαίων
 γνωρίμων τοῦ ῥήτορος δ' τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ
 τῶν εὐρημάτων. καὶ ἐτι πρότερος τούτου Ἡσιόδου ὁ ποιητῆς.
 αὐτὸς γὰρ εἰρηκεν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Δίος μετέφηκεν εἰς Βοι-
 ώτους Κόρην Αἰολίδα προλακίων.

νάσσατο δ' ἀγγ' Ἐλικῶνος εἰζουγῆ ἐνὶ κέρη

Ἄσκη, χεῖμα κακῆ, θέρει ἀργαλίη, οὐδέ ποτ' ἰσθίη.

Ὀμηρος δ' οὐχ ὁμολογουμένως. πολλοὶ γὰρ ἀμφισβητοῦσιν αὐτοῦ.
 Ephorus autem Cumaeus, ut patriae suae consuleret, quae a poe-
 tarum multitudine et praestantia parum honorifice audiebat
 (v. auctor. vit. Hom. 15., Ephorum Marx. p. 268.), Hesiodum
 et Homerum Cumaeos finxit, finxit Diū patrem, idem-
 que, qui Diū finxit, Pycimedem, Apollinis filiam, Dii uxorem, si
 non finxisse omnino, certe stemmati Hesiodio intulisse putandus
 est. Ac iure quodam gentilicio Hesiodum quidem potuit Cu-
 maicum dicere, quod interdum cives coloniarum etiam metropolis
 cives dicitur. V. Mueller. Dor. I. p. 122. Ceterum neque
 Agonis auctorem neque Characem a Proculo vere dissensisse
 pato, sed utrumque cum Proculo stemma ab Ephoro confectum
 sectatum esse. Primum enim perspicuum est, quam facile *OPHΘΣ*,
 qui dicitur ab auctore Agonis, oriri ex *APHΘ* potuerit, a quo
 non differt Dorio Proculi. Hic enim quum scripsisset τοῦ Δρῆ
 τοῦ Ὀρφείου, alius, qui hoc describeret, ignotum illud Δρῆ,
 cuius genitivus casus ab antiquis grammaticis dignus habitus est
 qui praecipue notaretur, pro nota habitum in Δωρίωνος (quod
 notius videbatur nomen esse, v. Plut. de Mus. 21.) mutavit.
 Deinde in Agone (p. 314, 30.) post Δρῆν (sic enim legendum pro
 Ὀρην) excidit τοῦ δὲ Εὐκλέα, pro Harmonida vetero et Eaphemo
 introducendi Idmonides et Chariphemus; denique si Agonis auctor
 ita dicit p. 314, 26: τινὲς δὲ νεώτερον [φασὶ τὸν Ὀμηρον εἶναι
 τοῦ Ἡσιόδου] καὶ συγγενῆ. γενεαλογοῦσσι τε οὕτως, pertinet hoc
 etiam ad Ephorum. V. Gell. N. A. III, 11.

Ad fabulas non tam de Hesiodo quam de familia (v. Wolf.
 Prolegg. p. XCVIII.) vel secta, cuius ille fuit princeps, intelli-
 gendas primum illud epigramma pertinere videtur, quod de He-
 siodo ita agit, ut bis iuventute fruitum esse poetam indicet.
 Vid. Proverb. Vat. IV, 3: Ἡσιόδιον γῆρας] Ἀριστοτέλης ἐν Ὀρ-

χρονίον πάλαισι δις τεσάρθαι φησι τὸν Ἡσιόδον καὶ ἀργυροματος τοῦδε τυχεῖς· καὶ δις ἠβήσας καὶ δις τάρφον ἀντιβολήσας, Ἡσιόδῳ ἀποφάσις μέτρον ἔχον σοφίης. Apud Proculum et Suidam Pindaro hoc epigramma tribuitur, nec causa satis idonea est, cur Pindaro abiudicemus. V. Boeckh. *Fragm. Pind. p. 554.* Rem ita explicare conatus est Marckscheffellius (*Hesiodi, Eumeli — fragmenta p. 53 sq.*): „Proverbium ex epigrammate ortum est, epigramma e duplici quae ferebatur sepultura, ad quam explicandam aliquis Hesiodum bis vixisse et bis mortuum esse finxit, ut intelligeretur, quomodo in utroque sepulcro poetae ossa esse possent.” At vehementer inter se differunt *Ἡσιόδειον γῆρας* et Pindari *δις ἠβήσας*, quorum neutrum explicari ex altero potest: illud enim de magna senectute, hoc de repetita vita ita agit, ut provettae senectutis ne vestigium quidem adsit. Quomodo igitur proverbium ex epigrammate oriri probabiliter potuit? Res longe aliter se habere videtur. Is enim, qui proverbium Vaticanum collegit, quum proverbiale illud *Ἡσιόδειον γῆρας* explicare recte nesciret, epigrammate Pindarico qualicumque modo id interpretari studuit. Mihi enim non dubium est, quin illud proverbium de nobili loco Hesiodi (apud Plutarch. de def. Oracul. II. *Fragm. CLXIII.*) intelligendum sit, qui de longinquitate vitae (*γῆρας*) hominum, cornicum, cervorum cet. agit, non de ipsius Hesiodi senectute, ut opinabatur is, qui Vaticana proverbium collegit. Ipsam enim Hesiodi senectutem comprobari Alcaei Messenii versiculo (*Brunck. Anal. I. p. 490. Anth. Pal. VII, 55.*) nemo facile erit qui putet. Nam si ipsum Hesiodum in longaevis hominibus fama habuisset, certe id Lucianus silentio non praeteriisset in dialogo de macrobiis. Ipsa etiam mortis Hesiodi causa, quam Plutarchus exposuit (*Sap. Conv. 19.*), senectutem quodammodo videtur respicere. Quare nihil reliquum est, quam ut hac fabula de his invenerit Hesiodo doceri credamus duos aliquando Hesiodos vixisse, id quod etiam duobus Hesiodi sepulcris, quorum alterum erat Naupacti, alterum Orchomeni, sed ita exstructum, ut Naupacto Orchomenum ossa Hesiodi secundum oraculum Delphicum translata esse dicerent Orchomenii, ne suum videretur auctoritate cedere alteri, quod ne Naupactis quidem omnibus cognitum fuisse fingebant. Sed etiam postea Naupactios suum sibi servasse Hesiodi sepulcrum satis patet ex Plutarchi verbis: *τὸν δὲ τάρφον [ἐν τῷ Νεμείῳ] οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέρχονται (non ἀπεκέρχοντο).* Aliam famam fuisse, quae Ascra, non Naupacto

in suam urbem ossa Hesiodi translatae Orchomenias diceret, olim ex loco Plutarchi apud Proculum Hes. Oper. 631. (T. XIV. p. 308. Hutt.) concludi posse putaram, et sic denuo conclusit Marckscheffelius p. 29. Ita enim Proculus: *Ἀοίκητον δὲ αὐτὸ (τὸ τῆς Ἄσκρας πολίχνιον) ὁ Πλούταρχος ἱστορεῖ καὶ τότε εἶναι, Θεσπιῶν ἀνελεύτων τοὺς οἰκοῦντας, Ὀρχομενίων δὲ τοὺς ἐσθύντας δεξαμένων· ὅθεν καὶ τὸν θεὸν προστάξαι τὰ Ἡσιόδου λείψανα λαβεῖν καὶ θάψαι κατ' αὐτοῖς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ γράφων τὴν Ὀρχομενίων πολιτείαν.* Sed non recte id concludi posse satis ex eo apparet, quod oraculum Delphicum ossa Hesiodi transferri Orchomenum iusserat eam ob causam, quod, Aescraeis receptis ab Orchomeniis, ipse etiam Hesiodus quasi Orchomenius factus esse videretur. Igitur quod Plutarchus narravit item ad Naupactum, non ad Aescram pertinet. Sic enim de hac re Pausanias IX, 38, 3: *τάφοι δὲ Μινύου καὶ Ἡσιόδου⁴⁾· καταδείξασθαι δὲ φασὶν οὕτω τὰ Ἡσιόδου ὄσῃ· νόσον καταλαμβάνουσας λοιμώδους καὶ ἀνθρώκους καὶ βοσκήματα, ἀποστέλλουσι θεωροὺς παρὰ τὸν θεόν (οἱ Ὀρχομενιοί). τούτοις δὲ ἀποκρίσασθαι λέγουσι τὴν Πυθίαν, Ἡσιόδου τὰ ὄσῃ ἐκ τῆς Ναυπακτίας ἀγαθοῦσιν εἰς τὴν Ὀρχομενίαν, ἄλλο δὲ εἶναι σφισιν οὐδὲν λαμα. τότε δὲ ἐπετρέσθαι δεύτερα, ἕκου τῆς Ναυπακτίας αὐτὰ ἐξευρήσουσι, καὶ αὐθις τὴν Πυθίαν εἰπεῖν, ὡς μηνύσοι κερῶνη σφισιν. οὕτω τοῖς θεοπρόποις ἀποβᾶσιν εἰς τὴν γῆν πέτρην τε οὐ πόρρω τῆς ὁδοῦ καὶ τὴν ὄρνιθα ἐπὶ τῇ πέτρῃ φασὶν ὀφθῆναι. καὶ τοῦ Ἡσιόδου [τε] τὰ ὄσῃ εὗρον ἐν χηραμῶ τῆς πέτρας. Καὶ ἐλεγεία ἐπὶ τῷ μνήματι ἐπιγέγραπται⁵⁾.* Haec si quis comparaverit cum simili fabula Lacedaemonia apud Herodotum I, 67. de Orestis ossibus, cum Atheniensium custodia Oedipodis et Thesei ossium, heroem fuisse Hesiodum Boeotia non magis dubitabit quam Homerum Chios heroem coluisse (v. Niebuhr. Hist. R. I. p. 347. ed. III.), tanquam principem, qui familiam poeticam ducebat. Intelligendum est autem, quum pro heroe aliquem colendum esse arbitrantur, splendidissimum videri, si indignum tradant interfectum esse. Hinc fabula de morte He-

4) De loco, quo Hesiodus sepultus sit, quem Ulrichsius se detexisse putat, agemus ad Tzetziis commentationem de gente Hesiodi, quam huic praefationi adiiciendam curavimus.

5) Ad h. l. recte monuerat Siebelis legendum esse *ἐπιγέγραπται* pro *ἐπεγέγραπτο*. Iure obscurandarunt ei Walzsius et Schubartus, qui eodem iure *τε* post *Ἡσιόδου* uncinis incluserunt.

modi exorta, de qua vario modo scribunt. Ex ipsis Hesiodo tributis carminibus didicerant Chalcide poetam in celebrandis Amphidamantis exsequiis tripodem accepisse, quum hymno prae omnibus excelsisset⁶⁾. Quem tripodem, quanquam auctor versusum illorum Musis Heliconiis consecratum esse dicit, visum in Helicone etiam a Pausan. (IX, 31, 3. cf. Dio Chrys. p. 22, 11. Emper.), tamen non desunt qui Apollini Pythio ab Hesiodo dedicatam esse dicant, quanquam ἀπαρχαί ab auctore Certaminis Homeri et Hesiodi p. 322, 21. memoratae longe aliter possunt intelligi. Oraculum igitur Hesiodo a Pythia datum est, vitaret templum Nemeaei Iovis, quod ibi mortem subiturus esset. Hinc ille, quod Nemeam in Peloponneso fugiebat, obtruncatus est in area sacra Nemeaei Iovis, quae prope adest ab Oeneone Locrorum (Thucyd. III, 96.) in agro Naupactio. Mortis causam sic aperuit secundum fabulam antiquam Plutarch. Sept. Sap. Conv. 19: Μιλησίην (Demodes nomen erat, v. Eratosthenem ap. auct. Cert. Hom. et Hes. p. 323, 19.) γάρ, ὡς τοῖσιν, ἀνδρός, ᾧ ξενίας κοινοῦναι Ἡσίοδος καὶ διαίτης ἐν Λοκροῖς, τῇ τοῦ ξένου θυγατρὶ⁷⁾ κρούφα συγγενόμενος καὶ φαραθέντος ἔκποψαν ἔσχευ ὡς γυνὸς ἀπ' ἀρχῆς καὶ συνεπιγνώψας τὸ ἀδικημα μηθενὸς ὦν αἰτίας, ἐργῆς δὲ καιροῦ καὶ διαβολῆ περιγενοῦν ἀδίκως. ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδείας ἀδελφοὶ περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον ἐνεδροῦσαντες καὶ

6) *Egq.* 652 sq. Cf. Plut. Conv. Sept. Sap. 10. Procul. Chrest. p. 1. Bekk.

7) Phygeus (al. Phegeus, quod nomen legitur etiam apud Hom. II, V, 11. 15. Herodot. IX, 26. Virg. Aen. IX, 766.) nomen erat hospiti, filiae Ctimene (al. Ctimene), filiis, Hesiodi interfectoibus, secundum Alcidamantem (v. Certam. Hom. et Hes. p. 323, 13 sqq. Cf. Aristot. Rhetor. II, 23.) Amphiphanes et Ganymtor, secundum Eratosthenem (x. l. l.) Ctimenus et Antiphon Ganymtoris. Hunc secutus esse videtur Pausan. IX, 31, 5., qui pro Phygeo item Ganymtorem habet patrem. Sic enim intelligo Pausaniam; nam quod hic addit: αὐτόθι ἀσεβήσασιν ἐς Ποσειδῶνα ἐγένετο τῇ Μολυκίδι σφίσει ἡ δίκη, non pertinere ad alterius interfectoris filios satis patere puto. V. Plut. de solert. anim. 13. Sympos. V, 2. Ad locum Eratosthenis pertinere etiam videtur quod habet Choeroboscus ad Theodos. Canon. p. 81, 27. Gaisf. γάνυξ γάνυκος (ὁ γανάκτωρ παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει); aliter tamen Giesius statuit (über den äolischen Dialect p. 190.), qui, quum γανάκτωρ Aeolicum esse dicit pro ἀνάκτωρ, non satis ad γάνυξ γάνυκος animum advertisse videtur. Γανύκτωρ est etiam apud Nonn. Dion. XL, 226. Ceterum si quis quaerat locum, quo haec omnia narraverit Eratosthenes, legendum fortasse coniciet Ἐρατοσθένης δὲ φησὶν ἐν Ἡσιόδῳ in Certam. p. 323, 14. Cf. Diar. Antiq. stud. 1839. p. 860.

μα: πότες τὸν ἐκόλορθον, ὃ Τρωΐλῃς ἦν ὄνομα· τῶν δὲ ἐσ-
 μένων: εἰς τὴν θάλασσαν ἀσθέντων τὸ μὲν τοῦ Τρωΐλου εἰς τὴν
 Λαίονα καταμὸν ἔξω τραγόμενον· ἐπεσχέθη περικλήσασθαι χειρῶν
 μισθὸν ὑπὲρ πῆρ θάλασσαν ἀναχοῆσθαι, καὶ μέγα πῶν Τρωΐτες ἠ-
 γασθεὶς καλεῖσθαι· τοῦ δὲ Ἡσιόδου τὸν νεκρὸν εὐθὺς ἀπὸ γῆς
 ἀπολασθῆναι θαλάσσιον· ἀγέλη πρὸς τὸ 'Πιον ἐνόμισε καὶ τῆν Με-
 λικέρειαν· Ἐυφράνῃ δὲ Λοκκαῖς ἢ τῶν 'Πίων [ἢ Ἀριάδνης] μαθη-
 τῆσιν ὄνομα καὶ κατήγετο, ἦν ἄγουσαν ἑτι νῦν, περιφανῶς περὶ τὸν
 τόπον αὐτῶν⁹⁾, εἰς δ' ὠφθη προσφερόμενον τὸ αἶμα, θαυμά-
 σαιρας, εἰς αἶμα, ἐπὶ τὴν αὐτὴν κατέβηκεν καὶ γνωσθεῖσθαι
 ἐκ πρόσθεντος νεκρὸν, ἀπαντα· δεύταρα τοῦ ζῆσαι τὸν φόνον
 ἀπεισῶντο διὰ τὴν δόξαν τοῦ Ἡσιόδου· καὶ τοῦτο μὲν παλιῶς
 ἔγραψεν⁹⁾. — αὐτοῦς τε γὰρ καταπόντισαν ζῶντας¹⁰⁾ καὶ τὴν οὐ-
 κλίαν· κατέβηκεσαν· Ἐλάφῃ δὲ Ἡσιόδος πρὸς τῇ Νεμαίῳ· τὸν δὲ
 τάφον οἱ πολλοὶ τῶν ἕσαν οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀνεκέρχονται, ἔγ-
 νοσάμενος ἢ Ὀρχομενίων κ. τ. λ. Eodem pertinet Alcaei Mestanii
 epigramma Brunck. Anal. I. p. 490., Anth. Pal. VII, 55: Λο-
 κκαῖδες ἐν νηεῖ αἰετῶν νέον Ἡσιόδοιο κ. τ. λ. Hac tam hono-
 rificā in luco Nemeo sepultura praeclare videtur indicari pro
 heroe Locrensibus et Boeotis fuisse Hesiodum. Recte enim Lo-
 beck. Aglaoph. p. 231: „Pythia, quotiescunque civitates fame,
 bello alioue malo pressae divina consilia peterent, toties ferme
 heroum ossa condere in suis finibus vel iam conditis debitos ho-
 nores reddere iussit.” Neque Hesiodi eo loco immemor fuit vir
 doctissimus. Comparari optime poterit fabula de Lino, cuius
 duo exstiterunt sepulcra, alterum Argis, Thebis in Boeotia al-
 terum, nec erit quisquam, qui de Lino heroe dubitet.

II. De tempore, quo Hesiodus vixerit.

De aetate Hesiodi quaerere difficillimum est, quod quae sub
 eius nomine circumferuntur carmina non uni eidemque poetae
 adscribere licet. Primus, qui uberius hunc locum exponeret, He-
 raclides Ponticus fuisse videtur, de aetate enim Homeri et He-

⁹⁾ Festum Ariadneum dicit auctor Certam. p. 323, 7. εἰς Ποσει-
 δῶνα ἀσβῆσαι interfectores addidit Pausanias.

⁹⁾ Canem Hesiodi detexisse Ganymctorem et Amphiphanem tradit
 Plut. de solert. anim. 13, 36.

¹⁰⁾ σφαγιασθῆναι θεομοῖς ξενίοις ὑπὸ Εὐρυκλέους τοῦ μάν-
 τως. Auctor Cert. Hom. et Hes. p. 323, 5.

siodi duobus libris, sed ita scripsit (v. Diogenes L. V, 6, 4.), ut Chamaeleo ea, quae de Hesiodo et Homero scripsit, sibi suffuratum esse contenderet. Primus autem, qui Homerum antiquiorem Hesiodo pronuntiasse sine uberiore disquisitione dicitur, est Xenophanes Eleata (v. Gellius III, 8., Karsten. Xenophanis rel. p. 88.). Sed non multum tribuerim huic Gellii sententiae; si ex Hesiodi nomine nomini Homeri postposito id concludendum esse opinatus est. V. Xenophanis rel. ed. Karsten. p. 43. Postea Posidonium uberius id exposuisse tradit Io. Tzetza Exeg. in Il. p. 19, 2. Herm. Ephorus vero primus fuisse videtur, qui Homero antiquiorem Hesiodum esse diceret, quem secuti sunt Philostratus, L. Attius (ap. Gell. N. A. IV, 11.), marmor Parium, atque hoc quidem ita, ut 161 annos ante Olympiades Hesiodum floruisse scriberet, Homerum 130 annos; Posidonius vero (v. I. Tzetz. Exeg. in Il. p. 19, 2.) et grammatici Alexandrini (v. Schol. Ven. II. XXIII, 683.) iuniorum. Ad dam praeterea miram sententiam a Ioanne Antiocheno (Malala) prolatam in Cramer. Anecd. Paris. II. p. 389, 14: ἦν ἐπὶ τῶν αἰβ' πατριαρχῶν ὁ Ἡσίοδος, ὃς τὰ Ἀσσυρίων γράμματα εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν μετέβαλεν, quocum componas alterum locum apud eundem Malalam p. 59, 5. L. Dindorf. et apud Cramerum T. II. p. 241, 6: ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τούτοις ἀνεφάνη τις ἐκ φυλῆς τοῦ Ἰαφέθ, ὀνόματι Ἡσίοδος, ὅστις ἐφεῦρε τὰ Ἑλληνικὰ γράμματα, ὁ καὶ θεηλόγος τῶν Ἑλλήνων. His quum postea addit p. 241, 27: ἐν τοῖς χρόνοις Γεδαιῶν τοῦ Κριτῶν (Κριτοῦ) ἦν Ὀρφεὺς ὁ Θραξ, fontem, ex quo haec hausta sunt, fortasse quis divinarit. Nam ita Io. Tzetza Exeges. in Il. p. 21, 17. (cf. Malal. p. 72, 16.): ἐξελέγω — καὶ Τιμόθεον τὸν Ὀρφέα ἐπὶ Γεδαιῶν εἶναι λέγοντα ὡς οὐκ ὀρθῶς περὶ τῶν χρόνων, ἀλλ' ἐφενεσμένως. Est autem hic Timotheus chronographus; v. I. Malalae Chronic. p. 76, 7. ed. Ven. Alia, ut apud eundem Cramer. II. p. 385., sciens praetereo. Atque confecta res foret, si credi Philochoro posset (v. Proculum ad Oper. p. 271.; de hoc autem postea dicitur) Stesichorum poetam fuisse filium Hesiodi ex Clymene: is enim natus est Ol. 37, 1, mortuus Ol. 56, 4. (v. Clinton. Fast. Hell. I. p. 5. Krueg., quanquam in diversam sententiam abiit marmoris Parii scriptor; v. Boeckh. Corp. Inscr. II. p. 392. 338.). Verum haec fabula de Hesiodi filiis non tam de progenie ipsa ac stirpe poetae valet quam de eius secta, de qua postea dicitur. Dicuntur enim familiae etiam scholae philosophorum (v. Wolf. Prolegg. p. XCVIII.). Valde incerta est igi-

tar computatio Dodwelli de cyclis V, 10. hac fabula confici. Mihi igitur nunc fere acquiescendum esse videtur in sententia Herodoti, qui Hesiodum, i. e. Theogoniae poetam, et Homerum quadragesimae fere annis suam ipsius aetatem dicit antecedere (II, 53.). Quocum consentiunt Euthymenes in Chronicis et Archemachus in tertio Euboicorum (v. Clement. Alex. Strom. I. p. 239. Sylb.). Qui antiquiorem Hesiodum faciunt Homero non inepte concludunt ex magna parte Operum, quae sane habenda est in antiquissimis Graecae poesis monumentis; qui recentiorum, ex Theogonia potissimum et reliquis Hesiodo adscriptis carminibus argumentantur, de quorum aetate lubricum admodum est iudicium, quum Hesiodo adscriberent multi ea carmina, quae genus poesis sequi videbantur ad Hesiodum potissimum auctorem relatum. Subactissimum hac de re est iudicium Wolffii Prolegg. p. XLII: „Vocabulum poetae posterius videtur ipso Hesiodo nec ante receptum quam musica ab arte pangendi carminis vulgo divelli coepisset. Sed Hesiodum quum dico, omne illud tempus intelligo, in quod Hesiodiorum quae nunc feruntur operum confectio incidit. Non uni enim illa tribuenda esse patet et multo plura nomine eius ferebantur apud veteres. In *Ἰγῶος* loci sunt multi *πύρ* venerandae vetustatis signati. Theogonia autem et Scutum Herculis et maxima pars eorum, quorum brevissima fragmenta supersunt, Homerum toto fere saeculo subsequuntur. Huius rei argumento est quod in iis plures notiones novae exstant et imitationes locorum Homericorum, imprimis terrarum et populorum auctior et explicatior notitia.” Cf. Anal. lit. III. p. 274. Haec cautius dicta sunt quam ea, quae protulit I. H. Vossius Epist. myth. II. 12. et Antisymb. I. p. 289. Cf. Thiersch. de Hesiodo in commentat. acad. Monac. MDCCCXIII. p. 20.

III. De poetis Hesiodiis.

Quod nostris quoque temporibus fieri solet, ut qui in aliqua arte et facultate excellat alios ad tramitem suum alliciat atque eo pergere quasi instiget, id praesertim eo tempore factum esse probabile est, quo artes quasi recentes tanquam ex Iovis capite Minerva prosiluerunt. Sic qui primus avia Pieridum loca ita peragravit, ut intelligentium hominum plausum mereretur, multos continuo assecras atque sectatores necessario nactus est. In horum numero imprimis habendus Hesiodus, qui primus

inter Græcos antiquissimam philosophiam, i. e. doctrinam de diis et de hominum vita, versibus heroicis certa ratione tradidisse videbatur, quum ceteri poetae, quos non inepte Homericos dixeris, facta tantum antiquorum temporum historica et continua serie enarrassent. Hesiodum tanquam magistrum et doctorem multi alii secuti sunt, qui didacticum poesios genus elegerunt ita, ut vel filios vel posteros vel discipulos eius aut se ipsi dicerent, aut sic ab aliis dicerentur. Atque filii quidem et posteri dicti sunt prorsus in eum modum, quo medici Aesculapii filii (*Ἀσκληπιοῦ παῖδες*), sacerdotes *ἱερέων παῖδες*, sapientes σοφῶν παῖδες dicebantur, et quo ipsum oraculum Delphicum (Thucyd. V, 16.) τὸ σπέρμα dixit pro ἀπογένῳ. In horum numero nial Cercops fuit (nam illud Diogenis L. II, 46: *Κέρκωψ ἐφιλονεῖται Ἡσιόδῳ ζῶντι*, non ita intelligendum est cum Wuellnero de cyclo p. 50., ut Cercopem Homeridam fuisse statuamus, sed ita se applicuisse Hesiodiae poesi [v. Welck. Ep. Cycl. p. 270.], ut in eodem genere poesios excelluisse atque adeo superior fuisse secundum quorundam opinionem putandus sit; v. Argum. IV. Aristoph. Ran.), primus videtur Terpander fuisse, de quo Suidas dicit: οἱ δὲ ἀπογόγον Ἡσιόδου ἀνέγραψαν, ἄλλοι δὲ Ὀμήρου, Βόλον λέγοντες αὐτὸν τοῦ Φωκίως τοῦ Εὐρυφῶντος τοῦ Ὀμήρου. Atque ad gentem quidem Homericam pertinere propterea credebatur, quod Homeri carmina nova musica cani in agonibus docuit (Plut. de Mus. 31. Cf. Bernhardy Litt. Gr. I. p. 230.) et omnino strenue excoluit Homericam poesin (Plut. de Mus. 5.); ad Hesiodum vero, quod primus huius etiam carmina melodia ornavit, quae olim carebant. Nam Plutarchus (de Mus. 4.) Terpantrum Beoticum et Aeolicum aliquem nomum citharoedicum invenisse auctor est, qui ad Hesiodi carmina imprimis pertinuisse videtur. Accedit, quod idem Plutarchus Terpantrum in quibusdam citharoediis nomis Philammonem Delphum secutum esse dicit (de Mus. 5.), quem ipsum Apollinem, stemmatis Hesiodii principem, instituisse fama erat; nec silentio praetereundum est Apollinis Pythii oraculum Laedaemonios de sedandis seditionibus rogantes iussisse Terpantrum arcessere (Schol. Aristid. p. 593. Dind.). Terpander autem quam vixerit circiter Ol. XXXIII., mirum esset Stesichorum, qui mortuus est Ol. LV, 1. secundum Eusebium (vel Ol. LVI, 4. secundum alios), filium Hesiodi dici nisi hoc eo modo intelligendum esset, quem indicavi. Hic enim poeta non propter musicam, qua Hesiodum Terpander prosecutus esse videtur (musica enim Stesichorus toto coelo distabat a

Terpandro; vid. Plut. de Mus. 7.), sed quod non solum mythica carmina Hesiodio modo composuit, sed etiam inventis fabulis se ad *Ἔργα* Hesiodi (v. *Ἔργ.* 200.) applicuit (v. Klein e Stes. Fragm. p. 109.). Prorsus similem causam habuisse videntur ii, qui Mnaseam filiam Hesiodi dicerent. Sic enim Proculus ad Oper. 263: Ἰστέον δὲ, ὅτι υἱὸς Ἡσιόδου Μνασείας ἐστὶ, Φιλόχορος δὲ Σησίχορον φησὶ τὸν ἀπὸ Κλυμένης, ἄλλοι δὲ Ἀρχιπένης, quod mirum in modum corruptit Tzetza: σημείωσαι, τίς παῖς Ἡσιόδου. Παιῖδα οἱ μὲν Μνασεία (huic igitur Μνασεύς erat nominativus), οἱ δὲ Ἀρχιπένην (fecit igitur ex matre filium Hesiodi), οἱ δὲ τὸν Σησίχορον τὸν μελωδὸν ἐξεδέξαντο. Atque Mnaseae nomen „ad memoriam rerum traditarum” tantummodo revocavit Marckscheffellius p. 33, cum Welckero (in Iahnii Annalibus Nov. IV, 1. p. 142.), sed Mnaseas, scriptor Pataraeus, aequae atque Stesichorus Hesiodio more mythologiam non solum Graecorum, sed omnium populorum exposuerat, ut facile concludi ex quibusdam eius reliquiis potest; v. Schol. Apollon. I, 131: Ἔλας, Ἡρακλέους ἐράμενος, υἱὸς Θειοδάμαντος τοῦ Δρύοπος. Οὕτω Μνασείας. I, 917: Μνοῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθράκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασείας φησὶ καὶ τὰ ὀνόματα. τέσσαρες δ' εἰσὶ τὸν ἀριθμὸν Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστὶν ἡ Δημήτηρ, Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Αἰθης. Ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κασμίλος ὁ Ἐρμῆς ἐστὶν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος. II, 498: Μνασείας δὲ φησὶ κατ' ἰδίαν αὐτὴν (τὴν Κυρήνην) προαίρεισιν ἐς Λιβύαν ἐληλυθέναι, οὐχ ὑπ' Ἀπόλλωνος διαχθῆσαι. II, 675: Μνασείας δὲ φησὶ νῦν τοὺς ὑπερβορείους Δελφούς (l. Κελτούς c. I. H. Vossio Alte Weltkunde p. XXX.) λέγεσθαι. II, 1054: Ἰδίως δὲ Μνασείας φησὶ Στυμφάλειον υἱὸς ἦρωος καὶ Ὀρυνθὸς γυναικὸς γενέσθαι Στυμφαλίδας θυγατέρας, ἃς ἀνελθεῖν τὸν Ἡρακλῆα, ὅτι οὐ προεδέξαντο αὐτὸν καὶ ἐξένισαν τοὺς Μολίονας [Μολιονίδας?]. IV, 264: Μνασείας δὲ φησὶ πρὸς εὐλήνης Ἀριάδας βασιλεῦσαι. I, 1129: Ὡς δὲ Μνασείας ἐν πρώτῃ περὶ Ἀσίας, Ἰθαῖοι Δάκτυλοι λέγονται ἀπὸ τοῦ πατρὸς Δακτύλου καὶ τῆς μητρὸς Ἰθης. Adde Steph. B. v. Δάρδαρος. Phot. Lex. v. Ζάμολξις, Πραξιδίκη, Σαβολ. Schol. Ven. II. τ, 291. v, 234. Scripsit item Mnaseas Pataraeus Δελφικῶν χρησμῶν συγγραφήν (v. Schol. ad Hes. Th. 117. Phot. Lex. v. Τυσις, αὐτὸς Μεγαρεῖς), quae item ad res sacras Graecorum atque, ut postea exponetur, ad Hesiodam imprimis eiusque scholam attinebat, et si Pataraeus Mnaseas est is, quem in iis numerat Varro de re rust. I, 1., qui Graece de agris colendis scripserunt, Columella

vero I, l. cum Bacchie dicit Miletiam, haberemus etiam Ope-
rum Hesiodi aemulum Mnaseam. Mirum est etiam Mnaseam
Corcyraeum didactica carmina tam cosmologica quam astronomica
et georgica composuisse, de quibus vide inscriptionem apud Boeckh.
n. 1907. n. T. II. p. 86. Iam vero, quaeret quispiam, quum Mnaseas
ille Alexandrinorum tempore vixerit (v. Lobeck. Aglaoph.
p. 1221. cf. Welcker. Tril. p. 240.), qui tandem Hesiodi filius,
i. e. *Ἡσιόδιδης* probabili modo dici potuit? Eodem arbitror iure,
ut etiam posteris temporibus *Ὀμηρίδαι* et *Ἀσκληπιάδαι* invenie-
bantur, qui gentem suam ab Homero et Aesculapio propter ar-
tem, qua pollebant, derivarent. Similiter Acusilaus et Eumelus
in Hesiodidis haberi poterant, si contuleris Clem. Al. Strom.
VI. p. 629. A: τὰ *Ἡσιόδου* μετέλλαξαν εἰς περὶ λόγον καὶ ὡς
Ἦια ἐξήνεγκαν *Εὐμηλὸς* τε καὶ *Ἀκουσίλαος* οἱ ἱστοριογράφοι, et
Walz. Rhet. IX. p. 144: *Ἀκουσίλαος* καὶ *Ἡσιόδος* καὶ *Ὀρφεὺς*
ἐν θεογονίαις, nec minore iure Hecataeus et Pherocydes, quum
genealogi essent. Quid? quod etiam Empedocles, qui Theo-
goniam scripsit (v. Karsten. p. 73.), cuius *καθαρμοί* a Cleo-
mene rhapsodo Olympiae sunt declamitati (v. Athen. XIV.
p. 620., Karsten. p. 40.), tantam cum Hesiodo familiarita-
tem prodit, ut ipse Hesiodidam appellare sese possit? Sic, ut
paucis defungar, p. 84. Karsten. apud Empedoclem habes *μυθιάς*
ἀράς, de quo accusativo post dixerimus, p. 86, 19: *ἄλλος δ' ἐξ*
ἄλλου δέχεται (v. Hes. Th. 800.), p. 92, 60: *σφαίρος κυκλοτερός*
μυστή περιηγητὴ χαίρων (v. Fragm. CXCIX.), p. 116: *ἐπι στιβαροῖσι μέ-*
λεισι (Theog. 673.), p. 128, 298: *οἰθματι θῶον* (v. Th. 121.
coll. Homer.), p. 138: *οὐτ' ἀπὸ οἱ νώτων γε δῶα κλάδοι εἴσσου-*
σιν (cf. Oper. 742. *πέντοζος*); al. Iam vero etiam patebit, cur
Hesiodi gentem ad Orpheum revocaverint Hellanicus, Pherocy-
des, Damastes, si Aristophanis verba comparaveris Ran. 1059:
Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετὰς ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι
(v. Pausan. IX, 30.). Hoc enim ad didacticum poesis genus
proprie attinet. Nec minus apte Aesopum se dixisse discipulum
Hesiodi tradiderunt, quod inventio fabulae ethicae, quam *αἶνον*
appellavit antiqua aetas, adscribitur poetae Ascraceo (v. *Egy.* 200.
Theog. 594. cf. Schol. Aristid. p. 728.). Sic etiam Quinti-
lian. Inst. V, 11: si originem non ab Aesopo accepe-
runt fabulae (nam videtur earum primus auctor He-
siodus), nomine tamen Aesopi maxime celebrantur,
nec minore iure id fieri potuit atque Anaximander Thaletis di-

acipulus dictus est¹¹⁾. Si igitur scholam Hesiodiam statuimus, non hoc crassa Minerva ita intelligendum est, ac si certa quaedam praecepta a senioribus magistris poetis iunioribus discipulis in subaelliis audientibus tradita essent, quemadmodum id medio aetate factum est in Germania, sed prorsus eodem modo, ac nunc de schola quadam Goethiana vel Schilleriana loquimur, quorum auctores tantum abest ut praecepta sua publice tradiderint, nihil ut magis sit eorum naturae et indoli contrarium. Sed agnovisse veteres certam quandam Hesiodiae poesis causam et rationem iam eo intelligitur, quod carmina quaedam mythologica vel didactica, multo post Hesiodi tempora facta, nihilo minus Hesiodo causa ob causam tribuerunt, quod quasi patrem hunc habuerunt poesis didacticae, certum quendam intelligentiarum orbem complexae, quum ante Hesiodum singula tantum huius poesis conamina facta essent. Ipsum autem nomen Hesiodi poetae, quantum in prooemio Theogoniae legitur, de quo post dicetur, certum quoddam poesis genus declarare videtur, quemadmodum Lino id evenit et Stesichori nomen Tisiao poetae inditum est et Theophrasti cognomen Tyrtamo et artificibus quibusdam *Ἐρχμρ*. Hoc vel ii indicarunt, qui Aeoles pro *Ἡσιόδος* dixisse tradiderunt *Ἀλσιόδος* (v. Etym. M. p. 452, 36: *ἀλλ' ἰδὸν τὸ Ἡσιόδος καὶ ἡμιόνοσ Αλσιόδος καὶ αἰμιόνοσ λέγουσιν [οἱ Αλολεῖσ]*), quod, si verum poetae nomen fuisset, sine dubio legeremus in Theogoniae prooemio, nunc autem hanc nominis formam excogitasse ii putandi sunt, qui *αἰσίαν ὀδὸν σοφίας* (cf. Pindar. N. IX, 18.) monstrasse Hesiodum arbitrabantur. Ita enim Etym. M. p. 438, 20., cuius etiam Marckescheffellius memor fuit p. 69.: *Ἡσιόδος ὄνομα κῆριον, ὃ τὴν αἰσίαν ὀδὸν πορευόμενος*. *Ἔργα γὰρ καὶ Ἡμέρας ἔγραψε πρὸς τὴν βίαν ἐργασίαν καὶ νομοθεσίαν*. Cf. Ahrons de dial. Aeol. p. 96. Eodem modo Pindarum fama erat de Hesiodo scripsisse *ἀνθρώποισ μέτρον ἔχων σοφίης*, et *σοφιστής* Hesiodus dictus est a Cratino. Sed neque ad hanc nominis conversionem opus erat ut confugerent, neque ad Welckeri sententiam, qui cum *ἄδω* cognatum esse nomen olim putabat (Trilog. p. 12.). Potius duplicia originationis via patet: aut deducas necesse est ab *ἔημι* et *ὀδός*, in qua ego sen-

¹¹⁾ Recte praeterea Welckerus (Rhein. Mus. VI. p. 389.) τὴν *Αἰσῶπου ἀναβίωσιν* comparavit cum Hesiodi repetita vita. Poterat etiam Aeolicam, quam dixerunt, nominis Hesiodi formam cum Aesopi nomine comparare.

tentis olim cum Etym. M. p. 489. sui, ut quæsi ἡγεμῶν ὁδὸν virtutis et scientiæ, i. e. parens philosophiæ Hesiodus esse videretur, quamquam hæc significatio subobscure hoc nomine indicatur, aut ab ἡδομαι vel ἡδω et ὁδός, ut is significetur; qui gaudeat ea via, quam rectam demonstravit; ὁδός enim dicitur et de consilio a diis dato per sortes (Aristoph. Eq. 1024.), et de via, quam philosophi monstrant (v. Parmenid. p. 28. 30. 32. 36. Karstenii); atque hoc alterum sane melius esse videtur altero. Si statuimus igitur nomine Hesiodi certum quoddam poësis genus indicari, non unum fuisse Hesiodum, sed plures per se intelligetur, perspicuumque erit, qui fabula illa oriri potuerit, quæ Chalcide in Amphidamantis cœcivitis factum certamen Hesiodi cum Homero fingebat: non facile enim erraveris, si ab Hesiodo quodam et Homero aliquo (etiam Homeri nomen certum genus poësis significat; v. Welck. Epischer Cycclus p. 122.) seu a poëtis Hesiodiæ et Homericæ scholæ institutum esse hoc certamen statueris. Quodam igitur in Certamine Homeri et Hesiodi p. 315. Panydes fingitur Hesiodo edidicasse victoriam, discimus inde poësin didacticam Chalcide magis floruisse magisque fuisse acceptam quam Homericam. Quocirca apud alios, qui Homericam præferebant poësin, in reprehensionem ita incurrit Panydes, ut Πανελδου ψῆφος de his, quæ ineradite et minus sapienter iudicassent, abiret in proverbium. Illius autem Certaminis auctorem esse Leschem quendam, non antiquum Pyrrhæum, sed usulto recentiorum, non improbabile videtur. Sic enim Plutarch. Conviv. Sept. Sapient. 19: Ἀκούομεν γὰρ ὅτι καὶ πρὸς τὰς Ἀμφιδάμαντος τριπλῆς ἐν Χαλκίδα τῶν τότε σοφῶν οἱ δευμύτατοι κοιμηταὶ συνῆλθον. (ἦν δὲ ὁ Ἀμφιδάμας ἀνὴρ πολιτικός καὶ πολλὰ πρᾶγματα παρασχὼν Ἑρατειῶσιν ἐν ταῖς περὶ Ἀηλῶντος μάχαις ἔπεισον.) ἐπεὶ δὲ τὰ παρρησιασμένα τοῖς ποιηταῖς ἔπη χαλεπῆς καὶ θύραστον ἐποίησε τὴν κρίσιν διὰ τὸ ἀφάρμιλον ἢ τε δόξα τῶν ἀγωνιστῶν, Ὀμήρου καὶ Ἡσιόδου, πολλὴν ἀπορίαν μετὰ αἰδοῦς τοῖς κρινοῦσι παρασχὼν, ἐτρόπαιον πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις καὶ προῦβαλον μὲν, ὥς φησι Δίωγος.

Μοῦσά μοι ἔνεπ' ἐπιβῆα, τὰ μὲν ἔγινοντο πάροισιν
μήτ' ἔσται μετόπισθεν.

ἀπεριγίγαστο δὲ Ἡσιόδου ἐκ τοῦ παραποχόντος·

ἀλλ' ὅταν ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καταγήκοδες ἔποι-

ἄρματα συντρέφωσιν ἐπιτρόμοι περὶ δίωγος.

Hæc memoriter laudari a Plutarcho, ut aliter suspensissime fecit, certum est. Quis enim crediderit alteram ita quæsitivæ ex at-

tero, ut hemistichio quaestionem finiret, Hesiodum vero respondisse ad Homeri quaestionem verbis ἄλλ' ὅταν, quae ne plenam quidem responsionem continent? Si Certamen comparaveris p. 316., longe aptiora invenies: Ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀγθεσθεὶς ἐπὶ τῇ Ὀμήρου ἐπημέτρῳ ἐπὶ τὴν τῶν ἀπόρων ὄμησον ἐπερώτησεν καὶ φησι τοὺςδε τοὺς στίχους·

Μοῦσ', ἄγε μοι τὰ τ' ἐόντα τὰ τ' ἐσόμενα πρὸ τ' ἐόντα·
τῶν μὲν μηδὲν ἄειδε, σὺ δ' ἄλλης μνήσαι αὐοιδῆς.

ὁ δὲ Ὀμηρος βουλόμενος ἀκολούθως τὸ ἄπορον λῦσαι φησιν·
οὐδέποτε' ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναγήποδος ἔκποι
ἄρματα στυγέφουσι ἐρίζοντες περὶ νίκης.

Ex hoc commate responsionem Homeri apud Plutarchum emendabis. Sed etiam Hesiodi quaestio in Certamine vitio quodam laborat. Videtur enim pro ΜΟΤΣΑΓΕΜΟΙ legendum esse ΜΟΤΣΑΛΕΓΕΙ: hoc enim versu:

Μοῦσα λέγει τὰ τ' ἐόντα τὰ τ' ἐσόμενα πρὸ τ' ἐόντα,
auctor Certaminis alludere videtur ad II. I, 70. et Theog. 32., cui deinceps contrarium addit, de quo ab Homero cani postulat. Si memoriter Plutarchus Certamen laudavit, facile etiam intelligitur, cur personas confudisse videatur, quum id, quod Hesiodus quaserit apud auctorem Certaminis, Plutarchus Homero adscripserit. Praeterea apud eundem Plutarchum legendum esse videtur: καὶ προσβαλ' ὁ μὲν, ὡς φησι Λέσχης. Quidquid statuas de loco Plutarchi, Lesches auctor Certaminis usque recurret; nam improbabilis est Welckeri (de Cycl. p. 269.) coniectura, qua antiquus Lesches utpote Homericus poeta Chalcide interfuerit certamini, et Hermanni etiam legentis: ἐγράνοντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις καὶ λέσχας καὶ προσβαλεν ὁ μὲν, ὡς φησι, quae refragatur Periantri apud Plutarchum argumentationi. Marckscheffellii autem argumentum, quo contra me usus est p. 38., nullo modo probari poterit. Sic enim ille: „quae opinio (de Certaminis auctoris nomine e Plutarcho eliciendo) eo magis reficienda est, quod opusculum illud Plutarchoo libello recentius videtur.” In Certamine p. 314. divi Hadriani fit mentio, sed superstitem huic imperatori fuisse Plutarchum admodum probabile est, certe demonstrari non poterit contrarium. Quid impedit igitur, quominus Plutarcho hoc Certamen notum fuisse credamus?

Sed revertimur ad Hesiodios poetas. Pro eorum secta si dico etiam Teleclidis comoediam loqui, quam Ἡσιόδους, non Ἡσίοδον, inscripsit (v. Meinekii histor. crit. comicorum Graecorum p. 88.),

fortasse habere eos adversarios, qui ex Cratini Archilochis eodem iure sectam Archilochiam elicí posse asseverabunt. Sed mirum quantum haec differunt. Archilochi enim nomen in praedictum paulatim abiit, Hesiodi vero si plures dicuntur, non potest id aliter intelligi quam de via ac ratione poesis, quam sectati sint; primum est igitur intelligere Archilochos Cratini chororum quasi sugillatorum constituisse, Teleclidis vero Hesiodos eorum, qui ex mente Ascraci poetae, i. e. ex utilitate de poematis, quorum frequens apud Teleclidem mentio erat, iudicarent. Haec autem utilitas (*ὡς ἀφέλιμοι τῶν ποιητῶν οἱ γενναῖοι γεγέννηται*) cur in Boeotia atque in adiacentibus regionibus imprimis accepta fuerit, non mirabitur is, qui hunc omnem Graeciae tractum prae ceteris omnibus favisse et vaticiniis et oraculis meminerit. Boeoti enim, ut de ceteris taceam, Tiresias et Bacis (cuius nomen derivandum esse a βᾶξι satis videtur patere, si versus Empedoclei meminerimus de vaticiniis: *ἐπύθοοντο κλέειν τῆχηά βᾶξι*. V. Karsten. Empedocl. rej. p. 144.) erant vatum Graecorum omnium celeberrimi, in Boeotia prima exorta Sibylla est (Plut. de Pyth. or. 9.), in Boeotia praeter alia imprimis Trophonii et Amphiarai oracula nobilitata erant (verum est enim quod legitur apud Plutarchum de def. Or. 5: *τὴν Βοιωτίαν ἔνθα χρησθηρίων πολύφωνον ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις*), quae per multa saecula floruerunt, unum autem, Sphingis, cuius auctoritas fracta ab Oedipode est. Sphingem enim facile quis cum Lamia monstro comparaverit, quod sedem suam aliquando in ea regione habuisse fama erat, quam postea Apollo Pythius occupavit. Eius autem *αἰνίγμα* oraculum fuisse, simile illud Delphico *γνώθι σεαυτόν*, postea demonstrabitur. Sed ante instituta haec oracula Delphico imprimis se applicuisse Boeotos testis est Pausanias IX, 40, 1. Quid igitur mirum, si Apollo, conditor oraculorum, radix et corona est fabulosi stemmatis Hesiodii, quid mirum, si schola poesis didactica etiam ad sacrae Delphorum sedis elocutionem, qua totius Graeciae religio cultusque tanquam firme quodam fundamento nitebatur (v. Theog. 497. Pausan. X, 24.) hominesque quid facerent, quid sinerent; edocebantur philosophiaeque atque imprimis ethice sententiis instituebantur, ut *Εἰ* illo Delphico, quo homines admirabilis suae originis admonebantur (nam *εἰ* est verbi substantivi secunda persona), sententia celeberrima *γνώθι σεαυτόν*, quae totius ethice est principium, dicto *μηδὲν ἄγαν* (sc. *ποιεῖν*), Aristoteliae mediocritatis fundo, ne quid de illustri Deliaco epigrammate dicam, cuius memor item Aristoteles

fuit Eth. Nic. I, 2., quid igitur mirum, si ad hanc sapientiam eorum quodammodo ingenium etiam schola ista conformavit, quum argumentam poesios didacticas cum causa oraculorum proreus conspizaret? Quod de Delphici oraculi gravitate dixi confirmat locus egregius Th. 499., quo insignes honores huius oraculi uno verbo prosequitur Hesiodus. Dixi de hac re ad v. 497. Est autem hic locus gravissimus etiam propterea, quod Dedonaei oraculi, Pelsagici illius, ne mentio quidem iniicitur in tota Theogonia, quanquam eius meminit prooemii aucter proverbie Ide, de quo scripsi ad v. 35. Th. Scilicet Epirus, in qua situm erat oraculum Dedonaeum, ad Graeciam non vere pertinere arbitrabantur antiquiores Graeci (cf. animadvers. ad Th. 189.).

Homericam igitur et Hesiodiam poesios quemodo inter se differant, diligentius hoc loco videtur declarandum esse. Quod ad argumentum attinet, hanc diversitatem recte iam exposuisse videtur is, qui Musas in Theogoniae prooemio sic dicentes introduxit: *Ἰδμεν ψεῦδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὄροια, Ἰδμεν δ', ἐν' ἰθὺλαμεν, ἀληθεία μυθήσασθαι*. Qui ita dixit, τοῖς ψεῦδεσι sine dubio notare alteram poesios epicae, quam Homericam diximus, rationem voluit, quum τοῖς ἀληθείαι Hesiodiam laudare in animo esset. Nec dubitabit de hac re qui loci Pindarici Nem. VII, 30. meminerit: *ἐγὼ δὲ κλέον' ἔλπομαι λόγον Ὀδυσσεύς ἢ πάθειν διὰ τὸν ἀθανεῆ¹²⁾ γενέσθ' Ὀμηρον*. Ἐπει ψεῦδαι οἱ ποταοῖ τε μαχανῶ Σεμνὸν ἔπεισι τι. Illa autem ἀληθεία tam ad deos quam ad mores hominum pertinent, qui etiam ab oraculis reguntur. Porro Homeri secta fidibus canebat, quum carmina sua recitabat, Hesiodii vero poetae assa voce stantes decantare vel potius declamitare poemata solebant sine citharae modis. Pausan. X, 7, 2: *λέγεται δὲ καὶ Ἡσίοδου ἀπαιλασθῆναι τοῦ ἀγωνίσματος ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδασμένον*. Recte igitur axamenta vel assamenta dici poterunt, quemadmodum carmina Saliaris dicebantur, quae quum item theogoniam Romanorum continerent, etiam sine tibiarum cantu proferebantur. Stantes autem id fecisse poetas et per se probabile est et demonstratur loco Luciani (Icaremen. c. 27.): καὶ αἱ

¹²⁾ Solo hoc vocabule sufficiebat id significare. V. Herodot. VII, 101: *ὁ βασιλεῦ, κόττερα ἀληθινή χρησομαι πρὸς σε ἢ ἡδονῆ*; Thuc. VI, 17: *εἴ τι καθ' ἡδονῆν λέγοιτο*. Aeschines c. Ctesiph. p. 71, 34. HSt.: *κόττερα τάληθεις εἴπω ἢ τὸ ἥδιστον ἀνοῦσαι*; Callim. Ep. XIV, 5: *οὔτερος ἐμὸς λόγος ὑμῖν ἀληθινός, εἰ δὲ τὸν ἡδὺν βούλει κ. τ. λ.*

Μᾶσαι ἀναστᾶσαι τῆς Ἡσιόδου Θεογονίας ἦσαν, quod recte Boeckhins ad Pind. fragm. p. 560. notavit. Cf. Curt. p. 325. Atque eodem modo sine musica oracula preferri postulabant antiquissimi mores Graecorum (Plut. de Pyth. orac. 22.). Deinde lauri ramum vel bacillum (*ῥάβδον, σκῆπτρον*; v. Theog. proem. 30. Pausan. IX, 30.) manu tenebant Hesiodii poetae quum orabant. Ea enim erat lauri virtus secundum Graecos, ut et canentes vaticinandi facultate impleret (*ἐυστατικὸς ἐποίησι*) et promptos ad audiendum animos inspiraret audientibus (cf. O. Mueller. Der. I. p. 336.). Hanc bacilli usum recte Nitzschius (de histor. Homeri p. 129.) comparavit cum more Graecorum in opulis ad ramum lauri vel myrti scolia canendi, ad idemque genus pertinere videntur tum *ἰχθυοῦναι*, tum frondes supplicantium, quibus persuadere cupiunt hominibus, a quibus mitiorem sortem expectant, tum rami Panathenaeis a libertinis portati (v. Bekker. Anecd. I. p. 242.), tum sceptrum, quod apud Homerum manu tenere solent praecones (sunt autem poetae *θεῶν ἄγγελοι καὶ κήρυκες* secundum Plutarchum de Pyth. or. 22.) et orantes in concione, tum Mercurii *ῥάβδος* (Il. XXIV, 343.). Atque propter hanc artem declamandi sine citharae modis procul dubio hi poetae dicti sunt rhapsodi, quorum primum fuisse Hesiodum Nicocles dixit ap. Schol. Pind. Nem. II, 1., quum Homericum poetam Aeodi vel *ἐπῶν ποιηταί* dicerentur. Exposuit de hac re Pausanias IX, 39; *κάθηται δὲ καὶ Ἡσιόδος καθάραν ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχων, οὐδέν τι εἰκτεῖον Ἡσιόδου φόρημα· δῆλα γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν, ὅτι ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης ἦδα.* Cf. enud. X, 7, 2. Fuerunt igitur qui *ῥαψοδόν* vocabulum a *ῥάβδῳ* deducerent, ut Callim. fragm. 138. Bentl., Dionysius Thran qui dicitur ap. Bekk. Anecd. p. 630: *εἰρηναί τε ῥαψοδία οἶνοι ῥαβδωδία τις οὐσα ὡπὸ τοῦ δαφνίου ῥάβδῳ (συμβάλῳ Ἀπολλωνιακῷ* secundum Grammaticum Bekk. p. 766.) *περισχομένους ἄδειν τὰ τοῦ Ὀμήρου ποιήματα, Τζετκος* Exeg. Hom. p. 45. Neque ipsi adeo Pindare ignota fuit originitas ista (Isthm. III, 55.). Tamen dubium esse non potest, quin falsa sit haec etymologia, quam probaverat olim Dissenius Pind. p. 362. Boeckh. Welckerusque imprimis sustentavit Ep. Cycl., quam ad *ῥάπειν* potius vocabulum pertineat. Hoc ipse Hesiodus indicasse dicitur fragm. CCXXVII:

Ἐν Δῆλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὀμηρος αἰοῖδοι

Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ἕμνοις ῥάψαντες αἰοῖδῃν,

et ipse Pindarus Nem. II, 1. atque eodem pertinent Luciani verba (*Διάλ. πρὸς Ἡσιόδον* c. 4.) *ὅτι μηδέν, ἔστι τῶν ἐῤῥαψο-*

δημένων ὑπ' ἐμοῦ. Quae autem erit vera huius nominis significatio? Wolfius Prolegg. p. XCVI. ita: „Quae quidem est vera etymologia (παρὰ τὸ ῥάπτειν ᾠδὴν), sed ex antiquiorum temporum ingenio interpretanda. Quippe aliud est breviora carmina modo et ordine publicae recitationi apto connectere, seu, ut Pindari Schol. ait, εἰρμόν τινα καὶ ῥαφήν adhibere, aliud centonem consuere.” Quibus post pauca addidit: „simpliciter ad cantum rhapsodicum trahenda est locutio ῥάπτειν ἀοιδὴν in versibus Hesiodo tributis ap. Schol. Pindari;” neque dubium esse potest, quin ἀοιδοὶ in his versibus proprie adiectam sit propter Homerum, quum ῥάψαντες ἀοιδὴν pertinere ad Hesiodum videatur: ῥάπτειν enim ᾠδὴν nihil est aliud quam declamare carmina, atque quemadmodum recte sermonem Latinorum derivamus a serendis vel censerendis verbis, sic etiam ῥάπτειν (non σὺ ῥάπτειν) ᾠδὴν dicitur de serendis carminibus, i. e. de pronuntianda bene contexta oratione. Ipse enim facundus nepos Atlantis Ἐρμῆς dicitur a serendo sermone. De Xenophane philosopho, quem publice declamasse sua, non aliena carmina constat, Diogenes Laert. eodem vocabulo utitur IX, 2, 3: Ἄλλὰ καὶ αὐτὸς ἐῤῥαψώδει τὰ ἑαυτοῦ. Haec rhapsodorum et poetarum epicorum diversitas agnoscitur etiam in titulis Orchomeniis n. 1583. Boeckh., ubi sic: ποιητὰς Μῆστορος Μῆστορος Φωκαϊεύς, et: ῥαψαφωδὸς Κράτων Κλίωνος Θειβείος, et n. 1584., ubi ῥαψαφωδὸς Νουμήνιος Νουμήνιος Ἀθηναῖος, ποιητῆς ἐκῶν Ἀμινίας Ἀπολλοδότου Κρησαῖος. Cf. n. 1585. 1587. Sed quid, si etiam Homeri singula carmina rhapsodiae dicebantur? Nempe factum id est postero tempore, quo etiam Homeri carmina sine fidibus a rhapsodis declamabantur, postea tragico etiam ad hoc negotium instructis vestitu et armatis. V. Platon. Ion. p. 530. Xenophon. Mem. IV, 2, 10. Athen. XIV. p. 620. C. Achilles Tat. III, 20. Cf. Meier. v. Panathenaeen in Encycl. p. 284 sq. Primus videtur Cynaëthus Chius fuisse, qui hanc sine fidibus carmina recitandi rationem ad Homericam poesin transferret, de quo v. Welcker. Ep. Cycl. p. 358. Atque immutata semel hac rhapsodi vocabuli significatione eo etiam perventum est, ut rhapsodi histrionibus et choreutis opponerentur, i. e. dramaticis et lyricis (v. Platon. Polit. I. p. 373. B. Legg. II. p. 658.) Sed procedente tempore ita immutata est etiam Hesiodiorum carminum recitatio, ut ad lyram canerentur. Athen. XIV. p. 620. C: Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελωδηθῆναι φησιν οὐ μόνον τὰ Ὀμήρου,

ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου. Plutarch. Symp. IX, 1: Διὸ πρῶτον μὲν ἐκέλευσεν ἕσαι τὸν Ἐράτονα πρὸς τὴν λόγαν. ἄσαντος δὲ τὰ πρῶτα τῶν Ἐργῶν· οὐκ ἄρα μούνον ἔην ἐρίδων γένος, ἐκῆρσεσεν κτλ.

Sed non solum in recitandis carminibus Hesiodia poesis se applicabat ad oraculi Delphici rationem, verum etiam aliis in rebus non minus gravibus. Magnam enim Hesiodi carmina familiaritatem produnt cum Pythiorum sacerdotum oraculis eorumque toto loquendi modo. Sic Pythia apud Herodotum VI, 86. versu quodam utitur, qui nunc legitur in Operibus Hesiodi 283: ἀνδρὸς δ' εὐόρχου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων. Quid? quod Hesiodus fratrem, quem adhortatur, μέγα νήπιε Πέγησῃ (Erg. 286.) alloquitur, nonne pertinet ad idem plane genus admonitionum, quo Pythia utitur etiam adversus reges? Apud Herodotum enim (I, 85.) de Croeso dictum est μέγα νήπιε Κροῖσε. Porro Fragm. Hesiodi 163. h. edit. apud Etymologum M. p. 13, 36. dicitur χρῆσιμος quidam. Accedit, quod Erg. v. 180. 181. oraculum esse diximus (v. h. l.). Denique oraculum Pythium sortes suas plerumque ἀλλὰ particula inchoare notissimum est. Similiter certe Hesiodus: Οὐκ ἄρα μούνον ἔην Ἐρίδων γένος. Quod ad elocutionem ipsam oraculi attinet, Heraclitus Ephesius optime dixit: ὁ ἀναξ, οὗ τὸ μαντιεῖόν ἐστιν ἐν Δελφοῖς, οὔτε λέγει οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει (Plut. de Pyth. or. 21.). Atque hoc vocabulo plerumque usum esse videtur oraculum Dodonaicum. V. Demosth. c. Mid. p. 531: τῷ δὴ μὲν τῶν Ἀθηναίων ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει. Hoc autem quid sit, planius deinceps exposuit Plutarchus (de Pyth. or. 24.): φιλοσοφία δὲ τὸ σαφὲς καὶ διδασκαλικὸν ἀσπασμένη μᾶλλον ἢ τὸ ἐκπληττον διὰ λόγων ἐποιεῖτο τὴν ζήτησιν, ἀπέκτανε δὲ τὴν Πυθίαν ὁ θεὸς πυθικᾶους μὲν ὀνομάζουσαν τοὺς αὐτῆς πολίτας, ὀφιοβόρους δὲ τοὺς Σπαρτιάτας, ὄρσᾶνας δὲ τοὺς ἄνδρας, ὄρσιμώτας δὲ τοὺς ποταμούς. Hinc colligitur Pythiam adamasse praecipue poeticam rationem eam, quae pro nomine rei utitur eius praedicatis iisque paulo obscurioribus. Sic Delphi dicebantur πυθικαὶ (vel πυθίηνοι), Thessali ποιικλέδιφοροι, Arcades βαλανηφάγοι, Corinthii χοινοκομέτραι (Athen. VI. p. 272. B., quem allegavit Lobeckius Aglaoph. p. 845.), Spartani ὀφιοβόροι [vel potius ὀκφιοβόροι; βόρους dixisse videtur pro: ὀδοῦσι; nam Sparti sunt nati e satis a Cadmo draconis, ὄφραως, dentibus, ut ambiguum esse videretur, utrum Spartanos an Thebanos intellexerit oraculum, quod Aristoteles (Mir.

Ausc. 24.) habet; ὄφιόδειροι mutandum esse videtur in ὄφιόκειροι s. ὄφιόκειροι]; homines ὄρεᾶνες, quod primi homines ut Cyclopes habitabant δι' ἄρκιας ἡνιμοίσεας, flumina ὄρεμπόται, quod in montibus nascuntur. Eandem rationem secutus est Orpheus sic dictus secundum Epigenem apud Clement. Alex. Strom. V. p. 571. A: οὐχὶ καὶ Ἐπιγένης ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀρφείας ποιήσεως τὰ ἰδιάζοντα παρ' Ὀρφεῖ ἐκτιθέμενός φησι κερκίσι καμπυλόχρῳσι τοῖς ἀρότροις μνηνεσθαι, στήμοσι δὲ ταῖς αὐλαξι, μίτον δὲ τὸ σπέρμα ἀλληγορεῖσθαι καὶ δάκρυα Λιδὸς τὸν δρυβρον δηλοῦν, μοίρας τε αὐτὰ τὰ μέρη τῆς σελήνης, τριακάδα καὶ πεντεκαίδεκάτην καὶ νομηνίαν· διὸ καὶ λευκοστόλους αὐτὰς καλεῖν τὸν Ὀρφέα φωνὸς οὖσας μέρη. πάλιν ἄνθιον μὲν τὸ ἔαρ διὰ τὴν φῶσιν, ἀργίδα δὲ τὴν νύκτα διὰ τὴν ἀνάπαυσιν· καὶ γοργόνιον τὴν σελήνην διὰ τὸ ἐν αὐτῇ πρόσωπον, Ἀφροδίτην τε τὸν καιρὸν καθ' ὃν δεῖ σπείρειν, λέγεσθαι παρὰ τῷ θεολόγῳ. Similiter locutos esse Pherecydem Syrium, Pythagoreos et Heraclitum Ephesium postea idem Clemens addit. Sed prae ceteris omnibus Hesiodus sacri huius stili, si ita dicere licet, exempla habet, plura in Operibus, pauca in Theogonia, quorum quaedam etiam in comparationem vocavit Lobeckius Aglaoph. p. 850. Sic φερσίκοις (573.), ἀνόσττος (526.), πέντοζος (744., quod imitatum esse Empedoclem supra monuimus), χλωρόν et ἀδόν (744.), ἰθρὶς (756.), ἡμερέκοιτος ἀνήρ (605.), χειροδίκης (v. 189.) pro iniusto, μῦθοι σχολιοὶ (494.) et δίκαι σχολιοὶ (221.), εὐφρόνη (560.) pro nocte, quae vocabulo Homerus non usus est, νηὸς πετρά (628.). Cuius loquendi rationis vix unum exemplum reperies in Theogonia, nisi exceperis γλαύκη de mari dictum v. 440., de quo ut ab Orphico profectum (nam totus ille locus non est Hesiodi) ambiguum est; in Homero nullum inveneris praeter ἀλὸς ἔκρον, quo modo ille naves dicit; quaedam habet Aeschylus, qui cum Pythagora proxime accedit ad hanc inventionem vocabulorum, ut ἀσθεμουργός (Pers. 604.) pro ape, ἀμλαντος (Pers. 576.) pro mari, χαλκοῦ βαφαί (Agam. 596.) pro caede al. In promptu est igitur intelligere dialectum deorum quae apud Homerum dicitur nec posteris temporibus desuisse. Sed non solum singulis vocabulis haec dialectus oraculi insignis erat, verum etiam figurarum obscura inventionem, cuius aptissima exempla etiam Lobeckius proposuit Aglaoph. p. 842, alterum

Ἰστοβοῆζ γέροντι νέην ποτίβαλλε κοροώνην,

alterum

Ἄσσοῦ τὰς προὔχοντα πόδα, μέγα φέρτατα λαῶν,
μῆ λύσης κ. τ. λ.

Tertium est apud Thucyd. V, 16. His oraculis simillima sunt ea, quibus Delphicum spirans ingenium Hesiodus usus est: sic *Ἔργων* 744: Μηδείκοι' εἰσοχόν τιθέμεν κρητῆρος ἕνεσθεν, 748: μῆδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεκίχθηκτων (l. ἀνεκίχιστων) ἀνελόντα ἰσθεῖν μηδὲ λίσσθαι, 40. νῆπιοι οὐδὲ Ἰσασιν, ὅσφ πλεον ἤμισυ παντός, οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλω μὲγ' ἔσσεια. Eodem pertinet quod Pythagoras, philosophus vero Apollinaris et Delphicus, plura symbola ex Hesiodo recepit (v. annot. ad *Ἔργ.* 727. 741. 748.), alia maximam similitudinem habent cum Hesiodis et cum ratione elocutionis oraculi Delphici (v. Plutarch. de educ. liber. 17., Athen. X. p. 452.), nec multum ab his diversum fuisse videtur carmen Appii Claudii Caeci, quod Cicero (Disp. Tusc. IV, 2.) Pythagoreum dixit fuisse. Is enim, qui quemque suae fortunae fabrum esse dicebat, non longe aberat a tota hac loquendi ratione. Accedit aliud. Fabulas, seu αἴθους, invenisse Hesiodum fama erat propter *Ἔργ.* 202.; αἴθους vero nihil aliud est quam αἰνίγμα, i. e. sententia, cuius tecta est significatio, ita ut oraculum videatur ethicum esse, quale Sphingis fuit, notum illud Hesiodo (*Ἔργ.* 533.). Animadvertendum igitur etiam hos αἴθους in oraculis quodammodo habendos esse. Sed alia praeterea sunt animadvertenda. Dialecto epica in universona usa est Pythia, quod versum epicum adhibuit, exemplum omnium Graecorum secuta, qui formam eam, qua vel poeta aliquis vel scriptor praeter ceteris excellit, sequi solebant; cuius rei nobilissimum exemplum est Herodotus, qui, ipse Doricensis, Ionica dialecto eam ab causam scripsit, quod logographi antiqui hac dialecto usi erant. Sed inveniuntur etiam in oraculis quaedam Dorismi vestigia, ut apud Herodot. IV, 157, 159., nisi huc pertinere putabis oraculum Delphicum apud Demosth. c. Mid. p. 531., et in fictis oraculis apud Aristophanem Equitibus; neque Aeolica dialecto prorsus abstinuisse oracula Beotica testis est Plutarch. de def. or. 5. loco mutilo. Non mirum igitur etiam Hesiodum, qui epica dialecto utebatur, Doricas quaedam et Aeolicas locutionis formas admiscuisse. Atque propter digamum Aeolicum praeter ea exempla, quae etiam apud Homerum inveniuntur, imprimis notanda sunt: κανάξαις pro καφέξαις (*Ἔργ.* 666. 693.), πιφάσχω (pro πιφάσχω), ut habent codd. Theog. 555. secundum Aristarchum ap. Eustath. Od. p. 1654, 129.;

praeterea huc pertinet *ἄισι* pro *ἄησι* Theog. 875., *ἔγεντο* Th. 785., elisa ultima vocali in praepositione *περί* Theog. 678. *περίλας*, Th. 733. *περιόχεται* (v. Ahrens de dial. Aeol. p. 56., sic in Delphica inscriptione ap. Boeckh. Corp. Inscr. I. p. 809.), *μίσ* pro *μής* Op. 557. certe Boeoticum est, ut habet inscriptio Boeotica apud Boeckh. Corp. I. p. 741, l. 13. 25., quanquam aliter de hac re statuit Spitznerus ad II. XIX, 116. In casibus obliquis non *μνός* etc., ut in inscriptione Boeotica legitur, sed vulgarem vocis imaginem habet Hesiodus. *τρίπος* (Sc. 312.) an Aeolicum dicam dubito, certe apud Athenaeum VII. p. 316. A. *κωλύπος* Aeolicum esse legitur (v. Ahrens de dial. Aeol. p. 114.), *ἔρος* Th. 120. 201. 910. a scholiastis Aeolicum dicitur, quanquam etiam apud Homerum legitur. Porro ex Aeolica vel Dorica dialecto profecta esse dicuntur duo exempla genitivi pluralis in *ᾶν* exeuntis, *μυλιᾶν* Oper. 144., Theog. 41. *θεᾶν*, accusativus pluralis primae declinationis correptus, ut *κοῦρας* (Th. 60.), *πᾶσας* (Th. 184.), *Ἀργυρίας* (Th. 267.), *βουλᾶς* (Th. 534.), *εἰρέας* (Th. 804.), *δεινᾶς* (Oper. 673.), *Σκύθας* Fragm. CXC., accusativus pluralis secundae declinationis correptus, ut *λαγός* Scut. 302. *Ἄπλωτος*, de quo dixi ad Theog. 151., nolo hic commemorare, quod meliores codices pro hoc vocabulo habent aut *ἄπλαστος* aut *ἄπλητος*, ut Epicum decebat et Atticum (de aliis Doridis vocabulis ab Atticorum Tragicis usurpatis v. Porson. ad Eur. Or. 26.). Ad idem tamen genus pertinere videtur *καλός* priore correpta (Theog. 585. Oper. 63. Cf. Herm. Orph. p. 817.), quod eo magis mirere, quod Pythia ap. Herod. V, 92. longa utitur priore, ut ipse Hesiodus Th. 201., et *χρυσείης* prima brevi (Scut. 199.), si recte ita ibi legitur; *χρυσάωσ* (Th. 280.) bisyllabum esse potuit propter duplicem usum vocabuli *ᾶος* et *ᾰος*. Praeterea schema sic dictum Boeoticum saepius legitur in Hesiodo (Th. 791. 875. Scut. 113. 245. 154.), *ἐν* praepositionis coniunctio cum accusativo Th. 784. Psilosios vere Aeolicae miretis non plura inveniri exempla quam Theog. 830. Op. 423. 426. Sed huius rei causam praecipue librariorum sustinere certum est. Cf. Etym. M. p. 38, 10. *αἰεσύμενον*. Accentus Aeolici (de quo dixi Allgem. Lehre v. Acc. p. 28.) vestigia vera inveniuntur Theog. 178., ubi ab Aristonico animadversum est *λόχεος* Hesiodum pronuntiasse pro *λοχός*. Adde *Ποσειδίον* pro *Ποσειδάων* Theog. 732. Alia quaedam eiusdem generis, quae sciens praetereo, collegit Meyer Isler Quaestion. Hesiodiarum specim. p. 3 sq.

Denique non praetermittendum est Hesiodum usum esse alliteratione atque frequentius in Operibus quam alias, imprimis vero in iis versibus, qui seorsim paroemia quaedam habent, ut eo magis inhaerent memoriae:

Τίττουσαι δὲ Γυναῖκες εἰκόντα Τέκνα Γονεῦσιν	(235.)
Λιμὸν ὁμοῦ καὶ Λοιμὸν· ἀποφθινύθουσι δὲ Λαοὶ	(243.)
εἰ κεν Ἀπ' Ἀλλοτρίων κτεάνων Ἀσιφρονα θυμόν	(315.)
ῥεῖα δὲ Μιν Μαυροῦσι Θεοί, Μινύθουσι δὲ οἴκοι	(325.)
ὅς τε Γοῖη Γέροντα κακῶ ἐπὶ Γήραος οὐδῶ	(351.)
Ἄγνων καὶ Καθαρῶς, ἐπὶ δ' Ἀγλαὰ μηρία Καίειν	(357.)
μὴ Κακὰ Κερδαίνειν· Κακὰ Κέρδεα ἰσ' ἄτρωσι	(358.)
τὸν Φιλέοντα Φιλεῖν· καὶ τῷ Προσίοντι Προσεῖναι	(358.)
καὶ Δόμεν ὅς κεν Δῶ καὶ μὴ Δόμεν ὅς κεν μὴ Δῶ.	(354.)
Δώτη μὲν τις ἔδωκεν, ἀΔώτη δ' οὔτις ἔδωκεν.	(355.)
οἴκοι Βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ Βλαβερόν τὸ θύραφι	(365.)
Ἐσθλὸν μὲν Παρέοντος Ἐλέσθαι Πῆμα δὲ θυμῶ	(366.)
μὴ σὺ μὲν Αἰτῆς Ἄλλον, ὃ δ' Ἀρνήται, σὺ δὲ τηρᾷ	(408.)
ἢ δ' ὦρη παραΜεῖβηται, Μινύθη δὲ τοι ἔργον	(409.)
μηδ' Ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' Αὔριον Ἐς τ' Ἐννηφιν	(410.)
Αἰεὶ δ' Ἀμβολιεργὸς Ἀνήρ Ἄτρωσι καλαίει	(413.)
Ἡ δὲ Γυνὴ τέτορ' Ἡβῶσι, πέμπτω δὲ Γαμοῖτο	(698.)
πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδῶν, μὴ Γεῖτοσι χάσματα Γήμας	(701.)
μὴ — — — — Ὀρθὸς Ὀμιχεῖν	(727.)
μηδέ Ποτ' ἀνάων Ποταμῶν καλλιῆσσι ἔδωκε	(737.)
Ποσει Παρᾶν, Πηλὸν γ' εὐξὴ ἰδῶν ἔς καλὰ ῥέεθρα	(738.)
μὴ τοι ἐφεξομένη Κρῶξη λαΚέρυζα Κορῶνη	(747.)
μηδέ Ποτ' ἐν Προχοῇ Ποταμῶν Ἰλαδε Προρεόντων	(757.)

Bariora haec exempla inveniuntur in Theogonia:

Ἐρεῦσαι τὰ τ' Ἐόντα τὰ τ' Ἐσόμενα πρό τ' Ἐόντα	(88.)
Ἄξεται κρᾶδιη Ἀνάχημενος, Αὐτὰρ Ἄσιδος	(99.)
Μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς Μέσση ἐνέκειτο Μετώπῳ	(143.)
Ὀμβριμοί, οὐν Ὀνομαστοί	(148.)
ἔσθλη δ' Ἀῦθ', ὀπότ' Ἄνδρες Ἀγῶνι Ἀεθλεύσασιν	(435.)
Ἐδῶνται δ' Ἐκάτη καὶ Ἐρικτύπῳ Ἐνδοσιγαίῳ	(441.)
οὕτω τοι καὶ Μοῦνογενῆς ἐν Μητρὸς ἰούσα	(448.)
καὶ οἱ Περφραδέτην ἴσα Περ Πέκρωτο γενέσθαι	(475.)
ὅς κε Γάμον φεύγων καὶ μέγιστα ἔργα Γυναικῶν	(603.)
μὴ Γῆμαι ἰδέη, ἔλοδν δ' ἐπὶ Γήρας ἔκηται	(604.)
Ἄλκτῆς δ' Ἀθανάτοισιν Ἀρῆς γένεο κρυεροῖο	(657.)
Ἀφορῶν δ' ἑκαῦτις, Ἀμειλίκτων Ἀπὸ δεσμῶν	(658.)

- ... ἀλάσης Πάσιον Πηγαί καὶ Πάσιον Ἰασιν (809.)
 ... Πεδρῆν ἔχου Περὰ μηρῶ φίλη καὶ Πατρὶ ἄνακτι (833.)
 ... Νηροπόλον Νύχιον ποιήσατε, Δαίμονα Δίον (891.)

In Scuto notavi haec:

- Ἄνδράσι τ' Ἀλφειτῆσιν Ἀρῆς Ἀικτῆρα φωνεῖσαι (29.)
 Αὐτὸν καὶ πατέρα ὄν, Ἄρην, Ἄτον πολέμοιο (59.)
 τῷ Ἐπιχειθόμενος Ἐχέμεν Ἐρυσάραμας Ἰκπονο (369.)
 ἰὼ Ἀπὸ νευρῆς, Αὐτὸς δ' Ἀκαλήσεται Ἄλλη (409.)
 Ἄντιν ἤλθεν Ἄρην Ἐρεμνὴν Ἀγίδ' Ἐχουσα (444.)

Prætermisi multos alios locos consulto, quod alliteratio non adhibita erat in vibrantibus sententiis. Pauca huius alliterationis exempla in oraculis detexisse mihi visus sum Herod. I, 85:

Ἀνδρῆσι γὰρ ἐν ἡματι πρώτων Ἀπόλιβω.

V, 32:

- Ὀλίβιος ὄντος ἀνήρ, Ὅς Ἐμὸν δόμον Ἐσταταβαίνει,
 Κύψελος Ἡετίδης, βασιλεὺς Κλεινοῖο Κορίνθου·
 αὐτὸς καὶ Παιῖδες, Παιῖδων γε μὲν οὐκέτι Παιῖδες.

VI, 77: Δεινὸς ὄφις τριέλικτος ἀπόλετο Δουρὶ Λαμασθαίς, in quo

oraculo etiam reliqui versus huius artis vestigia habent. Alia invenies VII, 140. in altero oraculo v. 4. 5. 6. 13. VII, 148: Καὶ

Κεφαλὴν πεφύλαξε, Κάρη δὲ τὸ Σῶμα Σάωσει. VIII, 77: Δία

Δίκη σβέσσει Κρατερὸν Κόρον, Ἴβριος Τίον, || Δεινὸν μαιμάοντα,

Δαιεῦντ' ἀνὰ πάντα τίθεσθαι, || Χαλκὸς μὲν Χαλκῷ συμμίζεται, Ἄ-

ματι δ' Ἄρης. Thuc. II, 17: τὸ Πελασγικὸν Ἄργον Ἄμεινον.

Grammatici Graeci hanc alliterationem, quam diximus, in parec-

chesios numero habuerunt, cuius tamen latius aliquanto campus

patet. V. Eustath. ad II. p. 125. et p. 797, 45, ubi Homerum

dicit non fuisse huius parecchesios curiosum: ἦν Ὀμηρος μὲν εὖ

ἐπετηδεύσατο, ἄλλοι δὲ ἀπὸ ἔργου ἔσχον. In his alijs Hesiodum

cum habuisse praecipue ex pagina 126, 10. concludas, ubi

παι: πολλάκις δὲ καὶ ἀμφοτέρω, ἦγονν διαφοράν καὶ φωνῆς καὶ

γρεφῆς, ὡς τὸ Φυλῆα φίλον μακάρεσσι θεοῖσι (v. Hesiod. fragm.

CCXX.) Atque ne Latinos quidem ab hac arte abstinuisse constat

diligenterque de ea exposuit Naekius (Rheinisches Museum III. p. 324).

Tuscos ea usos esse significavi in Hist. roip. Rom. p. 38.,

de Umbris idem monuit Grotend. Rudim. ling. Umbr. IV. p. 12.

Haec omnia si quis ponderaverit, de schola didactica non

dubitabit, quam si quis voluerit cum Thierschio (Comment.

Acad. Mon. 1813.) Beoticam dicere, me non habebit adversa-

risca, modo ne arctioribus quam par est quibus circumscribat.

Iam vero exposita universa Hesiodiorum carminum ratione di-

cam de singulis Hesiodo adscriptis poematis.

IV. De Hesiodi Operibus et Diebus et de ΜΕΓΑΛΟΙΣ ΕΡΓΟΙΣ.

Opera Hesiodi continere antiquissima praecepta practicae Graecorum philosophiae nemo facile erit qui neget, recteque Έργα initia philosophiae practicae dixit Friesius (Histor. Philos. I. p. 83.). Practica autem philosophia quum tripartita sit secundum Graecorum disciplinam comprehendatque Ethicam, Politicam et Oeconomicam, seu praecepta de homine, de cive, de patrefamilias, non mirandum est triplicis generis esse Hesiodi sic dicti praecepta. I. Ethica autem sunt v. 11 — 46. 202 — 247. 274 — 382. 706 — 764. II. Politica paucissima, 248 — 273., longe numerosiora III. oeconomica, quorum pars de eligenda uxore agit (695 — 705.), pars de educandis liberis (750 — 754.). Haec omnia sunt antiqua proverbialia diversorum temporum nec magis inter se cohaerent singula, quam Theognidis gnomae (v. Wolf. Prolegg. p. 127.) aut ea quae Phocylidi adscribuntur praecepta et similia apud alios populos. Proverbialia esse vel ex eo patet, quod quaedam sunt minus liberalia (ut v. 371.), quaedam popularem spirant superstitionem, indignam poeta liberali¹³). Atque haec proverbialia videntur praecipue fuisse, quae

¹³) Quia proverbialia quaedam inveniuntur, quae contrariam aliorum proverbiorum sententiam continent, in quibus praecipue haberi posse v. 378. dixi p. 200. De quo versa G. Hermannus (Zeitschrift für Alterthumsw. 1836. p. 532.) ita: „Tertius horum versuum quum pugnare cum praecedentibus non solum Proclo, sed etiam, si Tzetzae fides est, iam Aristarcho Plutarchoque visus sit, Doederlinus eum ita defendendum iudicavit, ut Έτερον non ad παιδα referretur, sed dictum esset de possessore. Posset hoc fieri, si abessent qui praecedent versus, sed praegressis his nemo illum versum non ad filium referet. — Recte vero omnia procedent tertio versu explicato quidem ita, uti suavit Doederlinus, sed posito ante eum, qui in libris primus (376.) est. Quum autem etiam in quarto requiratur και, erit ille sic scribendus:

ὅσα δὲ κε καὶ πλεόνεσαι πόροι Ζεὺς ἄφθιτον εἶβεν.” — Si cohaerent inter se hi versus, satius esse dabo statuere μονογενῆ παιδα dictum esse eadem significatione atque μόνον explicandumque eo modo, quem indicavi p. 200. Addit Hermannus: „Praeterea haud scio an ultimum versum (380.) sic scribi praestet:

πλείων γὰρ πολλῶν μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη.”

Si cohaerent haec cum antecedentibus, praestat sane γὰρ; si generalis est sententia per se spectanda, non opus erit hac correctione.

ediscenda suasit Cicero Leptae filio (ad Fam. VI, 18.). Nos igitur singula haec proverbialia grandioribus initio versus literis distinximus a reliquis. Praeter haec autem in oeconomicis praeceptis alia quaedam uberiora carmina habenda sunt, quae IV. rusticis de agro colendo (383 — 617.) et V. mercatoribus de navigatione (618 — 694.) praecepit Hesiodus, Helotarum poeta propter id ipsum a Spartano rege dictus (cf. Dio Chrys. Or. II. p. 74 sq.). In praeceptis rusticis praeterea habendum est VI. illud Calendarium, quod Operibus adiicitur inde a v. 765. Ab his omnibus via ac ratione prorsus diversa sunt tria carmina, quorum primum VII. (v. 47 — 105.) de Prometheo et Pandora fabulam prosequitur, alterum VIII. (109 — 201.) de aetatibus a metallis appellatis agit, tertium IX. (524 — 558.) idque omnium recentissimum descriptionem hiemis adiicit longe a gravitate Hesiodi vel poesis didacticae alienam (cf. Twisten. Comment. crit. p. 56.). Nam ut duo priora, quanquam ubertate et cohaerentia sententiarum a proverbialibus istis diversa, ethicae tamen doctrinae fere sunt consentanea, quod humanae naturae imbecillitatem et pravitatem ostendunt, ita tertium prorsus nihil habet, quod in hanc rem quicquam faciat. Ceterum imprimis etiam notandum est per apostrophem se convertere poetam ad Persem, fratrem suum, his locis: in ethicis v. 27. 212. 274. 286. 299., in rusticis v. 397., in praeceptis de navigatione v. 633. 641., in politicis vero (v. 248. 263.) ne mentio quidem iniicitur Persae, sed Reges alloquitur poeta, ad quos proprie videtur hoc argumentum pertinere. In Calendario et in tribus illis amplioribus carminibus, quae modo commemoravi, nulla omnino apostrophes mentio, neque ad Persen neque ad aliam personam certam directae. Vides igitur magnam dubitationem de uno horum carminum auctore iniici et propter diversam apostrophem, quae unum eundemque poetam in uno eodemque poemate non decet, et propter omissam prorsus apostrophem. Ac primum quidem patet vel leviter inspicientibus Calendarium istud posterius adiectum esse. *Ἔγνα* enim primo appellabantur haec carmina (Pausan. IX, 31.) nec Aristophanes (Ran. 1061.) nosse videtur *ἡμέρας*, postea vero *Ἔγνα καὶ Ἡμέραι*, quum Calendarium adiectum esset (cf., ut hoc exemplo utar, Etym. M. p. 38, 14.). Nec a Boeoto profectum esse potest Calendarium propter fabulam de Apolline nato die septima Thargelionis mensis (*Ἔγν.* 771.), quae ad Delios, non ad Boeotos pertinet (v. Valckenar. ad Aristob. p. 113. Mueller. Dor. I. p. 309. Cf. Lobeck. Agaoph.

p. 494.). Simile igitur Calendarium Romanis compositum est a Cn. Flavio vel potius Appio Claudio Caeco, quem iam supra diximus Hesiodum ante oculos in carmine ethico habuisse. Calendario vero aliud carmen olim adiectum fuisse, *Ἐπη μαντινὴ* sive *Ὀρνιθομαντείαν* dictum (nisi haec differunt), auctor est Proculus ad Oper. 824: *τούτοις δὲ ἐπάγοναί τινες τὴν Ὀρνιθομαντείαν, ἅτινα Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἀθετεῖ*. Neque hanc partem novisse videtur Lucianus (*Διαλ. πρ. Ἡσιόδου*). De his similibusque additamentis intelligenda erant verba Pausan. IX, 31: *καὶ ὅσα ἐπὶ ἔργοις τε καὶ ἡμέραις*. Sed etiam ceterae partes, in quibus Persis mentio non iniicitur, suo peculiari titulo gaudebant; altera (v. 47 — 105.) *Πανδώρα* vel *Πιθογία* (quae mihi quidem connectenda esse videtur cum v. 11 — 24., quibus a recentiore poeta adiecti sunt v. 25 — 41.), altera (109 — 201.) *Δαιμοτολογία* aliquoties a grammaticis dicitur. Porro praecepta de agriculture a Luciano *Dial. de Hes.* c. 1. dicuntur *Παραινέσεις γεωργικαί*, ab Aristophane *Ran.* 1061. *γῆς ἐργασίαι*, atque in his quidem *καρκῶν ὄροι* et *ἄγοροι*. Sic igitur etiam v. 202 — 212. *Δίον* ἢ *ἰέρανα* dictum esse probabile est. Iam si quaeris, cur huic carminum diversorum collectioni *Ἔργων* nomen inditum sit, maxime id factum esse quis coniciat propter v. 298 — 316., qui olim in fronte libri positi esse videntur. ante adiectas partes I. II. III., de quibus dixi supra. Nam duplici plerumque titulo insigniri carmina antiquissima solebant, altero ab initio carminis petito, altero sumpte ab argumento (v. infra). Sic quae dicebantur *Ἔργα* propter initia carminis, etiam *ὑποθήκαι*, *γνώμαι*, *γνωμολογίαι*, *παραινέσεις*, *παραγγέλματα* audiebant, nisi quaedam horum nominum (hoc concludas ex Plutarchi loco infra laudando) praeter ceteris ad proverbia ista pertinent, de quibus dixi. Sic igitur Isocrates *contr. Nicocl.* p. 23. HSt.: *σημείον δ' ἂν τις ποιῆται τὴν Ἡσιόδου καὶ Φωκυλίδου ποιῆσειν. καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους γεγενῆσθαι συμβούλους τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων, ταῦτα δὲ λίγοντες αἰροῦνται συνδιατρίβειν ταῖς ἀλλήλων ἀσείαις μᾶλλον ἢ ταῖς ἐκείνων ΤΗΘΘΗΚΑΙΣ. ἔτι δ' εἰ τις ἐκλίξει τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλοσμένους ΓΝΩΜΑΣ κ. τ. ἔ.* Plutarch. *Thes.* 3: *ὅσα (σοφία) χρησάμενος Ἡσιόδου εὐδοκίμη μάλιστα περὶ τὰς ἐν τοῖς Ἔργοις γνωμολογίας*. Lucianus *Dial. de Hes.* c. 1: *ἔτι δὲ γυναικῶν ἀρετὰς καὶ παραινέσεις γεωργικὰς*, et c. 8: *τὰ γὰρ τοιαῦτα παραινέσεις μὲν καὶ ὑποθήκας λέγων οὐκ ἂν τις ἀμαρτάνοι*. Proculus ad *Hes. Oper.* 758, (760.): *τοῦτο τὸ τέλος ἐστὶ τῶν παραγγεμάτων*, postea vero ad 763.

(265.): *οὐ κατὰ τῆς αὐτῆς ἡμερῶν ἀλλοτρίῃ καὶ ἀναλλοτρίῃ παραί-
 ρήσεσσι* n. r. l. Ex his locis hoc certe concludere licebit, eam
 Operum partem, quam proverbiorum esse diximus, *παραγγέλλουσα*
 vel *γνώμας* dictam esse, ut haec videatur series fuisse titulorum
 singularum carminum: *ΕΠΙΔΕΞ*, quae quasi est prolatio, *ΠΑΝ-
 ΔΩΡΑ Η ΠΙΘΟΙΓΙΑ*, *ΔΑΙΜΟΝΟΛΟΓΙΑ Η ΓΕΝΗ*, *ΑΙΝΟΣ*,
ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ, *ΠΑΡΑΙΝΗΣΕΙΣ ΓΕΩΡΓΙΚΑΙ*, *ΝΑΥΤΙΑΛΑ*,
ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ, *ΗΜΕΡΑΙ*, [*ΟΡΝΙΘΟΜΑΝΤΕΙΑ*]. Ex qui-
 bus omnibus in circulis auditorum a rhapsodiis declamari poterat
 Pandora cum prologo suo, alia occasione Daemonologia, alia
 rursus Georgica et Nautica; cetera omnia nullo inter se conexu
 cohaerentia et mutata prorsus apostropha recitari a sano poeta
 potuisse in corona hominum quis est qui iure contendat? Ad-
 iecta igitur sunt postea ab iis, qui propter simile argumentum
 quasi corpus antiquissimarum ethices facere conarentur. Venerunt
 alii artifices, qui haec omnia conglutinare studerent. Quorum
 infelicissimi fuerunt illi, qui v. 106 — 109. adificerent: *εἰ δ' ἐθέλωσ,*
ἔτιρόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκερσφώσω εὖ καὶ ἐπιστεμίνωσ. Vide *ἔναρ εὖ*
λόγον, qui argumento prorsus differt, atque hunc *ἐκκερσφώσσει*: rhapso-
 dus! Pindarus enim Pyth. III, 80. (141.): *εἰ δὲ λόγων σούδεν νο-*
σφῶν ὀρθῶν ἐπίστω. Simile videas v. 202. Ea autem carmina, quae
 ego numeris IV. V. VII. VIII. IX. notavi, recensiones experiri po-
 tuisse rhapsodorum quis est qui dubitet; cetera, si quandam di-
 versitatem in textu veram agnoveris, hos excessus passa sunt in
 ore populi ipsius.

Ac primus quidem, qui variorum carminum suturas in cor-
 pore *Ἔργων* declarare conaretur, Twistenius fuit in commen-
 tatione critica de carmine Hesiodi, quod inscribitur *Opera et Dies*.
 Kiliae 1815. Is acute quidem, Heirichii vestigiis (Epimemid.
 p. 157.) insistens, varias recensiones detexit saepissimeque cum
 optimo successu demonstravit multa non cohaerere in Hesiodi
 carmine, sed prorsus non facio cum eo, quod has recensiones
 etiam in iis carminum partibus detexisse sibi visus est, quas ego no-
 tis I. II. III. supra distinxī. Huius rei periculum apud eum in-
 venies p. 34. Secutus est Spohnius, qui in editione Operum
 alia quaedam notis criticis enodavit. Simile consilium postea
 aperuit Thierschius in commentatione de geomis carmini-
 bus Graecorum (Act. Philol. Monacens. T. III. p. 403 sq.). Denique
 Lehrsus (Quaest. epic. p. 179 sq.) tam haec quae parangel-
 mata diximus quaeque minime cohaerere perspicuum est, quam
 longiora carmina „ex ordine literarum” inter se esse composita

deprehendisse sibi vixit sub. Praeterea statim cum ea, si hoc tantum dimitteret, composita haec videri secundum principalem sententiam vel secundam vibrantia vocabula (Stichwörter), ita ut, ubi de vicino (hoc enim exemplo uti licet) preverbum inventum ab aliquo esset, alia, quae item de vicino agerent, deinceps adiecta ab aliis essent, quaequam sententia paululum diversa, quemadmodum id factum est in Theognidia sententiis, ut Welckerus demonstravit. Quis autem credat, ut eodem utar, quo Lehraius usus est p. 184., Πηλιάδων Ἀλαγγεῖων κ. τ. ἔ. propterea post σοὶ δ' εἰ πλεόντων θυμῶς ἐλλείπειν ἐν φρεσὶν ἦεν, ὡς ἔρδειν καὶ ἔργον ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι reiecta esse, quod in utroque membro vocabulum a Π (Πλούτων et Πηλιάδων) incipiens inveniretur. Sic etiam de aliis iudicare licet, in quibus acumen ingenii sane demonstrasse videtur, veritatem tamen non assecutus esse. Tamen haec Lebraii audacia, me quidem indigne, accommodatior est criticae Hesiodiae quam C. F. Bankii, viri in his rebus ὀρθοδοξοτάτου, superstitionis poëtae Ἐργῶν Hesiodiorum, tanquam carminis continui miraculo inter se cohaerentia, veneratio, qua non deterritus est a conamine excusandi vel proemii Ἐργῶν. Sic in universum sentio de Bankii, amici mei, critica Hesiodia, quem tamen singula multa egregie perspexisse libentissime concedo.

Bonique mentio facienda est Ἐργῶν μεγάλων, quorum reliquias ego Fragm. XVI — XXVI. exhibui. Fuisse enim qui Hesiodo tale adscriberent carmen uberius de agricultura exponens deque aliis rebus ad eam pertinentibus, lithicis adeo, si id concludere licet ex fragm. XXIII., et plantis (XVI — XX.), mihi persuasum est. Bene quidem de hac re disseruerunt post L. L. Hugium et Welckerum (Nov. Mus. Rhen. I. p. 425 sq.) Iulius Caesar (Zeitschrift für Alterthumswissenschaft. Ann. V. n. 65 sq.) et Marchschaffelius (Hesiodi — fragmenta p. 182.); cum utroque enim et Welckero consensio in satione emendandi loci Athenaei VIII. p. 364., ut μεγάλων Ἅοιῶν καὶ vocabula efficiantur, etiam in interpretandis Manilii et Propertii locis, assentior dubiis, quae de Plinii fide moveri possunt, sed non facio cum ea sententia, quae Ἐργα μεγάλα collectionem esse statuit commentum Hesiodiorum didactici generis, quorum nobilissimum esset Ἐργα καὶ Ἡρώων, quibus deinceps pauciter eruthomantiam etiam Χελύωνος Ἐπεθῆνας adiectae essent. Haec sententiae resurgantur imprimis Fragm. XVI. et XXIII. Nam non satis cautum est iudicium Marchschaffelii (p. 212.) de hoc Fulgentii:

„quare profecto praestabit hoc testimonium auctori suae relinquerep.” Hoc quid aliud est, quam arma relinquere? Minus etiam caute de altero loco iudicavit (p. 191.): „Mihi si coniecturam proferre licet, Orphei nomen excidisse videtur” (post γενεαλογεῖ in loco Proculiano). Sed Proculi verba quum sint perspicua, talem medicinam, qua Hesiodo substituitur Orpheus, quis adhibeat? Verba Proculi enim sunt haec: τὸ δ' ἀργύρεον (Egq. 139.) ἐνισι τῇ γῆ ἀκούουσι λέγοντες, ὅτι ἐν τοῖς μεγάλοις ἔργοις τὸ ἀργύρεον τῆς Γῆς γενεαλογεῖ. Scilicet fuerunt qui τὸ χρύσειον γένος non ex auro creatum dicerent, sed τὸ χρύσειον esse dictum pro τὸ οὐράνιον (cf. v. 112: ὦστε θεοὶ δ' ἔξωον), τὸ ἀργύρεον pro τὸ γήινον (hoc enim est illud τῇ γῆ ἀκούουσι, quasi dixisset Hesiodus: δεύτερον γένος οἱ θεοὶ πολὺ χειρότερον μετόπισθεν ἐποίησαν τῆς γῆς, pro quo recentiores dixerunt τῇ γῆ; v. Schaef. ad Long. p. 331.). Atque hanc explicationem grammaticos istos sustentasse Proculus dicit alio Hesiodi loco ex Magnis Operibus, ubi argentum dixerat esse Terra creatum (hoc enim est τὸ ἀργύρεον τῆς Γῆς γενεαλογεῖ). Eo autem delati sunt grammatici isti, de quibus dicit Proculus versu 145., ubi ἐκ μελιᾶν vario modo exposuerunt, ut non solum ἐκ μελιᾶν eis esset pro ἐκ Μελιᾶν τρυφῶν (v. Proculum ad v. 144. Palaeph. 36.), sed etiam ita ut intelligerent ἀπὸ ξύλον τινὸς ἀνόητον γένος. — οὗτοι, φησὶν, οὐκ ἐκ γένους θεῶν, ita ut οὐράνιον, γήινον, ξύλινον γένος sibi opponerentur. Sic explicato loco neque confugiendum erit ad Lebeckii rationem (Agl. p. 414.). Hoc saltem certum est, Proculi verba de Hesiodo, non de alio poeta intelligi posse. Quare neque omnibus Plinii locis fidem derogare ausus sum, quanquam de singulis quibusdam dubitare licet.

Hesiodo igitur carmen quoddam uberius adscribebatur Ἐγγα μεγάλα eodem modo dictum atque Μεγάλα Ἅοῖαι, de quibus postea exponam, et Aristotelis praeter alia Moralia etiam Magna Moralia esse dicebantur.

V. De Hesiodi Theogonia.

Longe aliter statuendum de Theogonia est, quam certam atque continuam eamque ab antiquioribus temporibus traditam Graecorum doctrinam de diis continere ex ipsa carminis inscriptione et argumenti siccitate declaratur. Theogonia enim quam Graeci dicebant praerius respondet nostrae dogmaticae seu Glau-

bonlehre. Haec enim vocabula ita videntur Hesiodo I, 123: μάγος ἀνήρ παρσετάς (τῆ· θυσίῃ)· ἐκασίδι θεογονίην, οἱ μὲν δὲ ἐπεισοὶ λέγουσι εἶναι τὴν ἐκασίδην: haec enim *θειγονία* quid aliud continere potuit, quam decorum Persarum secundum certum ordinem commemorationem et invocationem? Longe ab hoc vocabulo significatiōe differēbat *θεολογία*, quo nomine primus usus esse videtur Pherecydes (v. ad Theog. 116.) et quo doctrinam peculiarem decti vel sapientis alicuius hominis de diis comprehendebant. Accedit, quod totus deorum templis et caeremoniis vere cultorum ordo, qualem Hesiodus proposuit cum Homero (ab hoc enim non differt nisi levioribus quibusdam rebus), ad Olympum montem vere Graecum pertinet (v. 118. 529. etc.), quem omnes Graeci deorum sedem esse credebant. Haec enim causa est, cur vates Graeci, quum ex avibus vaticinabantur, versus Septentriones (i. e. versus Olympum) se convertebant. Si doctrinam Hesiodi ipsius in se contineret *Theogonia*, non communem religionem, non tradita ab antiquo tempore fidei, ut ita dicam, Graecorum, Olympi montis ne mentio quidem iniecta esset. Iam enim nemo, ut spero, erit, qui Homerum et Hesiodum, — dico autem *Theogoniae* auctorem — qui aetate aliquantum differunt, *theogoniam* Graecis finxisse putet, quum decantata illa verba Herodoti II, 53. nihil significant, quam Homerum et Hesiodum Graecis mythologiam exposuisse carminibus seu potius versibus, si Hesiodum praecipue in animo habeas. Nisi haec olim inhaesissent animis Graecorum, quae carmine suo arte quadam inculcare studet poeta, ut ne verum systema mythologicum, seu formula legitima, ut Cicero dicit, memoriae Graecorum eripiat, longe uberius habere mus *Theogoniam*. Vere enim Quinctilianus Inst. X, 1. dicit: in nominibus magnam eius (*Theogoniae*) partem occupatam esse raroque assurgere Hesiodum: atque eam ob causam Theophilus ad Autol. p. 117. Sylb. dixit *κατάλογον τῆς θεογονίας τῶν παρ' αὐτῶ θεῶν ὀνομαζομένων*, quemadmodum *Κατάλογος γυναικῶν* aliud Hesiodi carmen appellatum est, et pars libri secundi Iliadis *κατάλογος νεῶν*. Atque hanc etiam fuisse sententiam eius, qui *Theogoniae* praecium praemisit, satis declaratur eo, quod Musas introduxit loquentes ita: ἴδμεν δ', εὖτ' ἰθὺλωμεν, ἀληθεῖα μνθῆσασθαί. Hoc autem quid aliud significat, quam ἀληθεῖς μύθους docere? Facta igitur *Theogonia* est eum in finem, ut festis diebus deorum recitaretur publice, quemadmodum id fecerunt Persae, quum sacra faciebant, ut testatus est Herodotus, et quemadmodum Romani,

quatinus Hesiodi Theogoniae Salinæ seu cinnamonis decantari iussurum, quas totam theogoniam Romanorum a pontificibus receptam continuasse dixi in: *Hist. eccl. Romae*. p. 192 sq. Comparandus igitur in hac re Hesiodus cum Numa Pompilio, qui primus Salinae carmen composuisse dicitur: cui tandem postea addita sunt quaedam pro religione Romanorum paulatim exculta.

Quodsi vero in eum finem, quem dixi et quem recte indicavit etiam Bodius (*Hist. Ep. post. I. p. 440.*), facta Theogonia est, non mirum videtur brevem eam fuisse, neque in ea editione, qua nos nunc utimur, magnas esse lacunas credendum est. Usque ipse ad v. 206. indicavi; sed fateor me invito hanc verba ex prioris editione huc retracta esse: versus enim 462. satis demonstrat non esse lacunam statuendam. Non gravis sunt quae excidisse videntur alicubi, ut v. 273. alias. De loco autem Manthi, ex quo quis alius fortasse lacunas statuerit, recte dixit Lobeckius *Aglaoph.* p. 306., de Nicandri loco, cuius idem Lobeckius memor fuit p. 567, disserui ad v. 313. Neq. Schol. Gregor. in *Catal. Bibl. Bodl. P. I. p. 46.*, cuius Lobeckius meminit, Hesiodi textum lacunae potest arguere: nam qui a Nicandro dicuntur Titanes non differunt a Gigantibus istius Schekastæ (v. Gerhard. *die zwölf Götter* p. 11.); aliorum sententias; ut Muetzellii, si quid epus erat, suo loco commemoravi (v. ad v. 497.). Contra vero additamenta quaedam posteriorum temporum adhuc Theogoniae Hesiodicae manifestum est. Haec autem ex quatuor imprimis fontibus derivanda esse videntur; ne primum quidem ex Theogoniae aliorum auctorum posterioris temporis quaedam huc adiecta esse non mirum est: Theogoniae enim adscribuntur Cyclo epico (v. C. W. Mueller. *de Cyclo Graecorum epico* p. 52.), Orpheo, Musaeo et Acusilae (v. Walzii *Rhet.* IX. p. 144.); diversa ab Hesiodia unus est Chryppus (v. ad Th. 927.), aliam conscripsit Epimenides. Ex eiusmodi igitur rivulis derivandi esse videntur v. 217 — 222. 265 — 336. 411 — 452. 501 — 506.; deinde cultus deorum quorundam in regionibus quibusdam praecipue regnans alia inveniit, ut v. 192 — 199. 477 — 484., unde magno opere mutata est primigenia Hesiodicae Theogoniae natura. Merita in hac re excipiuntur Olympus, commemoratus cum Pieria, et Delphi (499.), sanctissimae sedes deorum, quarum veneratio ad omnes Graecos peraeque pertinebat, merito alii loci, quibus secundum antiquam mythologiam aliquid factum est, ut Cythora, Othrya, Nemea cum adiacentibus locis. Omnium autem locorum gravissimum est v. 566., qui memoriam

Mecenate conservavit. Sic olim dictam esse Sicyonem, urbem in Achaia, monuimus ad h. l. Theogoniae, quo loco etiam causas exponere conati sumus, cur ad hanc imprimis urbem reiecta antiqua fabula fuerit de pace inter deos et homines facta (sic enim dicere licebit ex Romanorum more). Sed addendum aliud erat: Apud Eusebium Maii p. 125. legimus ex Syncello et Castore: πάντων μὲν Ἑλλήνων καλαιότατοι τοῖς χρόνοις ἀναγράφεται Σικυώνιοι βασιλεῖς εἰ Σικυῶνος ἡγησάμενοι, ἀν πρώτος ἤρξεν Αἰγιάλευς κατὰ Βῆλον καὶ Νίνον γενοῦς — ἐξ οὗ Αἰγιάλεια τὸ πρὶν ἢ νῦν Πλακόνησος ἐκαλεῖτο. Videmus igitur antiquissimum Graecorum regnum cum pontificatu coniunctum Sicyone fuisse ita constitutum secundum veterem famam, hoc ut per totam Peloponnesum praevaleret. Accedit, quod annales pontificum Graecorum antiquissimi (ἀναγραφή) fuerunt Sicyonii, unde vel Argiverum chronica profecerunt (v. Plutarch. de Mus. 3. 8.). Hoc si animadvertimus, mythologiam Graecam Sicyone magnum fecisse incrementum atque inde per totam Peloponnesum et per Graeciam quasi fuisse propagatam difficile erit negare¹⁴). Iam vero si Romanam fabulam ab Arnobio (v. animadv. ad Th. 536.) ex fontibus antiquis memoratam comparaveris, Numa Pompilio, religionis Romanae conditori, et Prometheus Hesiodie partes fore easdem traditas esse in fabula praecclare perspicies. Apparet igitur rationem, qua explicandam esse hanc fabulam putem, etiam nunc esse eandem, quam proposui olim, quanquam Heffteri stomachum edlicitavit (Zeitschr. f. Alterth. 1836. p. 438.). Invidia, ut mihi quidem videtur. Nam Prometheus personam fuisse historicam, ut ille ait, ne dixi quidem. Cur Dodonaei oraculi mentionem non fecerit Theogoniae auctor, supra exposui uberius. Praeterea quaedam partes reliquae sunt ex variis variorum locorum recensionebus, quanquam in Theogonia propter ipsam carminis sanctimoniam hic locus non tantum patet, quantum crediderunt alii. Certe in argumentis levioribus tantum haec occupata esse poterant (cf. v. 144. 300 — 306. 406. 500. 726 — 819.; fortasse eo etiam 473. 828. pertinere quis patet); denique quaedam a rhapsodiis ornamenta adiecta esse videntur, quae a toto Theogoniae tenore abhorrent (ut v. 118.

¹⁴) Clisthenem, Sicyoniorum tyrannum, qui Homeri carmina in agonibus recitare vetuit (Herodt. V, 67.), nonne credibile est vel propter hanc causam Hesiodi carminibus magis in iisdem agonibus favisse?

100. 141. 144 — 146. 186. 202 — 206. 243 — 245. 374. 807 — 819.). Magnum autem fidei Theogeniae augmentum eo etiam atcedit, quod postea haec Hesiodi Theogonia suos, ut sacri Christianorum libri, nacta est interpretes, Pherecydem, Acusilaum, Eumelum aliosque philosophos, qui, si philosophi alicuius fetum habuissent Theogoniam, ut nostrates quidam crediderunt, non opus habuissent interpretari summa fide adhibita, sed plane aut ignorassent aut abiicissent facilius, quod primus ausus Anaxagoras est, quum Helium non deum esse diceret, sed *μύθον διάπυρον*, cuius ausus postea poenam luit magnam.

Omnis autem mythologia antiquorum populorum distributa est in partes tres, cosmogoniam s. doctrinam de mundo, theogoniam s. doctrinam de diis, heroogoniam s. doctrinam de hominibus. Harum quae prime loco est posita cosmogonia (a versu 116. usque ad 452.) quum notiones vel numina contineat, quae cultu et religione prorsus apud Graecos erant destituta, nemo mirabitur, non eodem in omnibus ac singulis apud antiquissimos poetas niti fundamentis. Sic sane Hesiodi cosmogonia videtur distare ab Homericis, quam poeta velut aliud agens commemoravit Iliad. XIV, 200., docens deos omnes progenitos esse Aqua seu Oceano ac Tethye. Ex Hesiodi vero carmine systema physiologiae — licebit enim antiquo nomine significatione antiqua uti — multo elimatius Homericis et fortasse etiam recentius emergere videtur, in cuius fronte Chaos introducitur (i. e. Spatium), postea Materia (i. e. Tellus) et Amor ita, ut illa primum ex se, sine coniuge, sed adiutore Amore (Hesiodus enim Amor in cosmogonia fere idem est, quod *ἔρως* in psychologia seu τὸ *φῆρον*, quod Aristoteles dicit loco Metaphysicorum infra laudando), Coelum, Montes, Pontum procreet, postea cum Coelo concumbens praeter alia numina etiam Oceanum et Tethyn, quos ceteros deos progenuisse dicitur nusquam. Haec igitur magna sane videtur differentia esse, non tanta tamen, quanta videri possit primum considerantibus. Utraque enim cosmogonia via tantum differt, non ratione. Omnes enim dii secundum Homeri et Hesiodi doctrinam orti sunt ex materia; non hanc procreaverunt ipsi. Hac autem pantheistica (utor enim recepto apud nos vocabulo) doctrina Graecorum cosmogonia toto coelo differt a cosmogonia populorum orientalium, Aegyptiorum praecipue et Persarum, quorum dii materiam aut ipsi procreaverunt aut certe oppositi materiae sunt. Aliam doctrinam inter Graecos primus secundum Diogenem Laertium (I, 1, 9.) Thales

videtur proposuisse sententia hac: *κόσμος ποιήματι θεοῦ*. In prima parte mythologiae, cosmogonia, cum philosophis laudatur Hesiodus ab Aristotele cum Empedocle, Parmenide, Hermotimo (Metaph. p. 1.). Ita Plutarchus de Pythiae orac. 18: *πρότερον μὲν ἐν ποιήμασιν ἐξέφερον οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ τοὺς λόγους, ὥσπερ Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Θαλῆς*. Diogenes L. IX, 3, 3: *καὶ αὐτὸς (Παρμενίδης) δὲ διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσίοδος τε καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς*. Explicatio vero huius cosmogoniae aliunde peti non potest, quam ex etymologia, ut facere conatus est Hermannus (de mythologia Graecorum antiquissima in Opuscul. T. I. et in Epistola ad Frid. Creuzerum Lips. 1819.). Modo meminerimus in tam antiquis vocabulis (nemo enim Hesiodum ipsum dicit inventorem) eo maiore opus esse cautione, quo remotiora sunt tempora, quibus procusa sunt. Si quidem igitur Hermannus quibusdam etymologiis in cosmogonia falsus est, in rectiorem viam videtur ductus esse a Friccio, qui primus inter recentiores historicos philosophiae (Histor. Phil. I. p. 85.) Hesiodiae doctrinae pro dignitate rationem habuit. Ad hunc igitur librum eo lubentius lectorem amandamus, quo accuratius cum egregio scriptore Ienae nunc recepto consentimus. Cum hoc praeterea comparabis quae nunc exposuit Creuzerus Symb. III. p. 55. 166. (ed. III.).

Theogonia porro, quae sequitur inde a versu 453. usque ad v. 962., vere est antiqua Homericorum carminum, politici argumenti, aliena ab physiologia. Quare in hac parte non consentiendum est cum Hermannus, qui explicationem physiologicam ultra cosmogoniam etiam, i. e. ultra v. 452., extendere conatus est. Politicam vero quum dico priscam theogoniam, intellectum id eo velim sensu, quem ex communi Graecorum sententia exposuit Aristoteles Polit. I, 1: *καὶ τοὺς θεοὺς δὲ διὰ τοῦτο πάντας φασὶ βασιλεύσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ μὲν ἔτι καὶ νῦν, οἱ δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐβασιλεύοντο. ὥσπερ δὲ καὶ τὰ εἶδη ἑαυτοῖς ἀφομοιοῦσιν ἄνθρωποι οὗτοι καὶ τοὺς βίους τῶν θεῶν*. Antiquissima enim Graecorum theogonia simul cum exorto regno, antiquissima illa reipublicae humanae forma, excogitata est a primo rege, qui item primus sacerdos erat, cui novus rerum ordo prae antiquato patriarcharum (*φυλάρχων*) regimine — nam antequam unius nutui phylae seu tribus politicae parebant, subiectae singulae singulis erant principibus popularum — religione etiam videbatur sanctendus esse. Quod quo loco factum sit, haud tecte indicavit

Hesiodi Theogonia, nosque supra de Mœcone discrepentia indicavimus. Ita factum est, ut tres deorum aetates theogonia Graeca crearet, quarum prima est deorum materialium (ita enim loquitur di-cere), sive ea aetas, quae numina cosmogonica complectitur apud Hesiodum, Oceanum et Tethyn apud Homerum, atque horum numinum apud Hesiodum non definitus numerus est (v. 129.); secunda est patriarchalium, quam Cronus, Rhea ad. conficiunt: horum certus numerus est, sunt enim duodecim (v. 133 — 137.), sex mares totidemque feminae (v. Gerhard. die zwölf Götter p. 5.); tertia regalium, in quibus tres sunt potentissimi (*τρεῖς θὰ πάντα δίδασται*), Iuppiter, Neptunus, Pluto, ita tamen, ut Iuppiter longe ceteros superet, quae appareat summum esse unum, quod satis demonstratur Iove Argivo *τρισφάλαρος*; cuius enim oculus in fronte erat super ceteris duobus (v. Panofka, Argos Panopt. p. 7.). Haec numerorum coarctatio (primo enim innumeri erant dii, post pauci, tandem unus) rationi maxime est consentanea optimeque comparari potest quod duodecim Atticas civitates, a patriarchis olim suis seorsim rectas, in unam regnum coarctando fecisse Theseus dicitur. Primae autem et secundae aetatis dii, qui uno Titanum nomine comprehendebantur, quam antiquissimis temporibus templa non habebant in Graecia (hoc primum omnium recte enucleavit Buttmannus, postea Muellernus Myth. p. 373. et Gerhardus: Ueber die zwölf Götter p. 4. 5.), ab antiquis mythologiae Graecae conditoribus eo praecipue consilio additi sunt, ut, exortis semel ex materia rebus, novi regii imperii maior dignitas et auctoritas esse videretur, quam antiquorum patrum seu patriarcharum fuisset. Hec igitur, quam quasi cardo esset totius religionis Graecorum politicae, non mirandum est uberius a poeta ornatum esse descriptione. Factum id est prima Titanomachia 617 — 745., qua Iuppiter imperium summum feliciter contra pristinum deorum impetum tutatus est tandemque Olympum regiam sibi suisque diis constituit. Etiam in notissima Atheniensium imagine mythologiae, quam Panathenaeorum peple intexi iusserunt, hanc quasi catastrophe imprimis enituisse ex multis antiquorum poetarum locis elucet. Cum hac narratione egregie cohaeret id, quod de inferorum deorum sede atque de poena peritii deorum usque ad v. 806. a poeta expositum est. Altera autem theogoniae pars, quae item merito uberiori gaudeat expositione, est Prometheus a v. 507 — 616., qua regnum suum in homines summiter ac severe constituit Iuppiter. Rationali vero prorsus est

consentaneum, quod Iovis certamen (sic enim dicere licet Iovis certamen cum Prometheus et hominibus) praegreditur graviorem cum omnibus Titanibus certamine. Facta tribus his primariis notatibus adiuncta a Graecis quarta est, cuius princeps dandus Apollo, rex vere ethicus et, ut ita dicam, acymnetes (v. Aristotelem Pol. III, 9.), quale epithetum non dedignati sunt Graecorum dii (v. Welcker. *Additum ad Trilog.* p. 252.), quum Iuppiter ipse nihil videretur aliud esse, quam antiquum heresi temporis rex politicus. Haec quomodo cohaereant, uberius explicare conatus sum in commentatione de Graecorum mythologia, quae inserta est Diario literario *Hermes* inscripto T. XXIX. Haec autem addere licet, lex tota quam exposui quatuor divinarum actatum descriptione certissime apparere non dum sanctam fuisse Hesiodi tempore duodenarius (num olympicorum deorum numerum, quae Iovi et Junoni, Plutoni¹⁵) et Cereri, Neptune et Vestae (Theog. 452.) adiecti sunt Vulcanus et Minerva, Mars et Venus, Apollo et Diana. Haec enim quaequam novit Hesiodus, tamen ita commemorat locis inter se diversis, ut de hac re dubitare non liceat. Mihi autem dubium non est, quin sacer ille Cronidarum duodenarius numerus constitutus ab Atheniensibus sit, vel potius a Theseo, quum Pantheonacis institutis duodecim curias Atticas etiam religionis vinculo coniungeret; ita factum est, ut singularum curiarum singula numina, quae quaeque praecipue colerent, reciperentur in sacrum coctum. Haec vel eo sustentatur, quod etiam Atticorum quatuor antiquarum tribuum nomina derivata sunt a cultu quatuor deorum in sacrum coctum receptorum: Διός, Ἀθηναίς, Ποσειδωνιάς, Ἥραστριάς. Sic igitur prorsus adstipulor Gerhardio, viro doctissimo, qui in commentatione de duodecim Graecorum numinibus p. 2. ita scribit: „Unsere Annahme nach sind die zwölf Götter ein lose verbundener Verein hellenischer Stammgottheiten verschiedener Ursprungs, denen die heilige Zwölfzahl zu nothdürftiger Einheit verhalf“, et p. 18: „Dieser augenfälligen Verknüpfung verschiedener Stammgottheiten gemäß mag das Alter der Götterzwölfzahl, die in Athen galt, der politischer Einigung attischer Stämme gleichzeitig seyn.“ Recte. Nam quod ab Hellanico (v. Schol. Apoll. III, 1084.) Deucalioni, ab ipso Apollonio (II, 532.) Argonautis duodecim deorum cultus tribuitur, nemo pro explorato facile habebit praeter E. Q. Viscontium, V. B. (Monum. Gabin. p. 221.).

¹⁵) Mercurio apud Romanos.

Ex his omnibus primum sequitur theogoniam Graecorum non posse ullo probabili modo derivari ex mythologia orientaliū populorū, Aegyptiorū praecipue, vel Persarū vel Indorū: apud hos enim statim ab initio dii bipartito sibi ita sunt oppositi, alteri ut bonū, alteri ut malū sequantur. Ab hac autem dichotomia vel dualismo (licebit enim hoc vocabulo, quanquam inepto, uti in re notissima) Graecorum mythologia abhorret tantum, quantum maxime, quanquam aliter sentit Creuzer. Symb. I. p. 191. (ed. III.), neque ulla in Hesiodi Theogonia vestigia sunt arcani aut Samothracum aut Eleusinii cultus (de hac re v. Creuzer. Symb. III. p. 64 sq.). Deinde vere ex his, quae diximus, consequentium est aetates deorum secundam, tertiam et quartam, quae diximus, non posse ad physicam significationem revocari, quod fecit, ut diximus, cum aliis Hermannus. Quantum ab hac notione Graeci ipsi abhorruerint, demonstravit, ut hoc uno defungar, Anaxagorae exemplum, qui, cum Solem non esse deum, sed metallum ardens dixisset, statim ἀσβείας accusatus ab Atheniensibus est. Sed etiam astronomica significatio, quam multi inesse Graecae mythologiae putarunt, quantum a sensu Graecorum antiquorum abhorreat, docetur nobilissimo Hesiodi loco (*Egy.* 619), ex quo partem Graecorum stellarum imagines magnam Orionis venationem repraesentare putasse patet, quam apud Homerum alia Graecorum pars in iisdem sideribus plaustrum imaginem cum bubulco Boote, non deos agnosse sibi viderentur. Nec contrariam sententiam defendere aptus est locus Aristotelis *Metaph.* XI, 8. p. 1074. b. Bekk.: *παράδοται δὲ κατὰ τῶν ἀρχαίων καὶ καμκαλαίων ἐν μύθου σχήματι καταλειμμένα τοῖς ἕσπερον, ὅτι θεοὶ τὲ εἰσιν οὗτοι καὶ περιέχει τὸ θεῖον τὴν ὅλην φύσιν. τὰ δὲ λοιπὰ μυθικῶς ἤδη προσήκται πρὸς τὴν παιδῶ τῶν κλλῶν καὶ πρὸς τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν.* In hoc loco τοῖς καμκαλαίοις memoratis sine dubio intellexit Aristoteles Hesiodum, cuius primam deorum aetatem, de qua diximus supra, in animo habuit: minime enim ad verba *ὅτι θεοὶ τὲ εἰσιν οὗτοι* cum Creuzero, viro doctissimo (*Symbolik u. Mythol.* Ed. III. T. I. p. 5.), supplere sidera licebit, sed τὸ φέρον καὶ τὸ φερόμενον, quibus vocabulis Amorem et Tellurem Hesiodi indicare voluit Aristoteles. Quae post apud Aristotelem sequuntur, τὰ δὲ λοιπὰ — πρὸς τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν, de ceteris deorum aetatibus religione a Graecis vere cultis intelligenda sunt prorsusque conspirant cum eo loco, quem supra ex Aristotelis *Politicis* proposui.

Negari igitur non poterit, quin politica quaedam huic Hesiodiae Theogoniae parti inhaereat significatio, neque verendum est, ne qui ita statuat Evemerii doctrina se imbutum esse audiat. Haec autem significatio quum non satis accommodata esse videretur proveciori vitae Graecorum, qualis imprimis philosophis debebatur, fieri sane non potuit, quin hi philosophi primum ad cosmogoniam Hesiodi, auctoritatem antiquam novae suae doctrinae allaturi, accederent, si possent apta etymologiae interpretatione ad suam doctrinam accommodare. Sic igitur Pherecydes (v. animadv. ad Th. 116.) *χάος* Hesiodium primum, ut videtur, a *χεῖσθαι* derivabat, ut cum sua doctrina de aqua omnium initio concinere videretur doctrina Hesiodia, i. e. antiqui aevi fides; de Dionysi etymologia statuebat: *Διόνυσον — ὡς ἐκ Διὸς εἰς νόσας ἔφοντα* (Schol. Aristid. p. 313. Dind.). Secuti sunt Pherecydem alii multi, ut Plutarchus testatur (aquae et ignis comparat. 1. T. XIII. p. 124. ed. Hutten.): *συμφωνεῖ δὲ καὶ Ἡσιόδου εἰκῶν· ἦτοι μὲν πρώτιστα χάος γένητο. τοῖς πλείστοις γὰρ ἀνομακίνας δοκεῖ τὸ ὕδωρ τοῦτον τὸν τρόπον παρὰ τὴν χύσιν.* Sic in alijs Acusilaus et Eumelus in similem finem usi sunt Hesiodia cosmogonia (v. Clement. Alex. Strom. VI. p. 235. et Etym. M. p. 523, 50., ubi sermo est de Acusilai etymologia *Κόλον* [Th. 134.] Hesiodii). Simile quid etiam in Theogonia proprie sic dicta fecisse Pherecydes et Acusilaus videntur, qui antiquas fabulas et plenius collegerunt et uberius exposuerunt (Schol. Venet. II. XXIII, 296.). Haec autem ratio etymologicae et genealogicae interpretandi Hesiodum, quum admodum videretur incerta esse, paulatim cessit alii, quae etiam theogoniam, non solum cosmogoniam, aggressa est ita, ut deorum personas per quandam significationem nominum physice interpretarentur philosophi (v. Diog. L. VIII, 2, 12. IX, 2, 3.). Usi enim sunt allegoriis vel *ἑπονοίαις* (de quibus v. imprimis Platonem Pol. p. 378. HSt.), quas non intellexisse Homerum et Hesiodum in reprehensionem vocabant, quamvis ipsi hi philosophi has allegorias excogitassent. Huius vituperii primus auctor videtur Xenophanes Eleata fuisse, cuius in hanc rem versus habet Sextus Empir. adv. Mathem. p. 341. P:

*Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὀμηρός δ' Ἡσιόδός τε,
 Ὅσα παρ' ἀνθρώποισιν ὄνειδα καὶ φόγος ἐστίν,
 Κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν,*

quem ob hanc etiam causam videtur carpsisse Epicharmus (v. Schol. ad Aristot. p. 670. b. Bekk.). Secuti sunt alii, ut He-

ra clitus Ephesius, cuius verbum habes apud Schol. Plat. Theaet. p. 364. Bekk.: *πολυμεθὴ νόον οὐ διδάσκει. Ἡσιόδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε καὶ Πρωταγόρην.* V. Diog. Laert. IX, 1, 1. Multo planius idem Anaxagoram dixisse de Homero a Diogene perhibetur L. II, 3, 7: *δοκεῖ δὲ πρῶτος τὴν Ὀμήρου ποιήσιν ἀποφήσασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης, ἐπιπλεῖον δὲ προστῆναι τοῦ λόγου Μητροδάωρον τὸν Λαμψακηνόν.* Secuti sunt Stoici, qui etymologiam allegoriae consentaneam excogitarunt, ut Zeno, qui ita docuit (Diog. L. VII, 1, 72.): *Δία μὲν γὰρ φασὶ δι' ὃν τὰ πάντα, Ζῆνα δὲ καλοῦσι κατ' ὄσον τοῦ ζῆν αἰετός ἐστι ἢ διὰ τοῦ ζῆν κερῶσσηται. Ἀθηναῖν δὲ κατὰ τὴν αἰθέρα διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ, Ἥραν δὲ κατὰ τὴν εἰς αἴερα καὶ Ἥφαιστον κατὰ τὴν εἰς τὸ τεχνικόν πῦρ· καὶ Ποσειδῶνα κατὰ τὴν εἰς τὸ ὑγρόν, καὶ Δήμητρον κατὰ τὴν εἰς γῆν:* atque haec de interpretatione Zenonis Theogoniae Hesiodiae intelligenda esse comprobatur a Cicero primo libro de natura deorum cap. 14: „Quum vero Hesiodi Theogoniam interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cognitiones deorum: neque enim Iovem neque Iunonem neque Vestam neque quenquam, qui ita appellatur, in deorum habet numero, sed rebus inanimis et mutis per quandam significationem haec docet tributa nomina.” De Chrysippo, e cuius Theogonia quaedam proposuimus ad Hesiod. Theog. 927., et Diogene Babylonio plane sic loquitur idem Cicero de nat. deor. I, 15: „Idemque disputat aethera esse eum, quem homines Iovem appellarent: quique aer per maria manaret, eum esse Neptunum: terramque eam esse, quae Ceres diceretur, similique ratione persequitur vocabula reliquarum deorum. — Et haec quidem in primo libro de natura deorum: in secundo autem vult Orphei, Musaei, Hesiodi Homerique fabellas accommodare ad ea, quae ipse primo libro de diis immortalibus disserit, ut etiam veterimi poetae, qui haec se suspicati quidem sunt, Stoici fuisse videantur. Quem Diogenes Babylonius consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerva, partum Iovis ortumque virginis ad physiologiam traducens diiungit a fabula.” Hinc factum est, ut etiam Crates Malleos Stoicus doctores suos sequeretur et venerator fieret mythologiae physiologicae, de quo vide Wolf. Proleg. p. CCLXXVIII. Voss. Antisymb. T. I. init. Omnes autem philosophi Graecorum quantam auctoritatem tribuerint Theogoniae Hesiodiae ex eo patet, quod ne unus quidem eorum praeter Anaxagoram, qui Athenis maximas huius temeritatis poenas luit, hanc eius fidem aut impugnare aut labefactare ausus est. Haec igitur carminis

partem iure nostro habemus antiquissimam longissimeque absumas a vana opinione eorum, qui fidem Theogoniae metuantur locis ab aliis scriptoribus laudatis. Quasi non argumentum ipsum nobis persuadere de veritate rei debeat, quasi te existere non credendum sit tibi, nisi alius homuncionis testimonium accesserit.

Sed pergimus ad tertiam carminis Hesiodii partem, quam dixi heroogoniam. Orditur ea versu 963. prorsusque diversa est ab ea heroum doctrina, quam habes *Egy.* 159 sqq. Haec autem progrediente tempore multas videtur mutationes et addita-
menta ita experta esse, ut quid antiquum sit, quid recentius, non facile sit perspecta. Facti enim heroes, ut vel historica Graecorum aetate agnoscebantur — ultimum enim heroum Cleomedem Astypalaensem habendum esse publice oraculum Delphicum declaraverat Ol. LXXI. (Plut. Rom. 28. Pausan. VI, 9, 3.) — ita etiam in heroogoniam relati olim videntur, quemadmodum hoc fieri solebat in Romanorum theogonia carminis Saliaris, cui Augustum Imperatorem, Germanicum, alios additos fuisse constat. Ac prorsus idem factum apud Graecos esse Panathenaeorum festum demonstrat. Peple enim, qui una cum navi adducebatur in arcem, intextam fuisse totam mythologiam Graecorum atque imprimis eam eius partem, quae antiquum Titanum imperium nove imperio Iovis et Minervae exutum esse monstrabat, quis nescit? Sed praeter theogoniam etiam heroogoniam pictam fuisse per se est probabile et ostenditur eo, quod Demetrius adeo et Antigonus, quibus ut heroibus tribus novas consecraverant Athenienses, locum in Peple invenerunt suum (Plutarch. Demetr. 11.). Sed alios etiam acu pictos fuisse heroes probat Aristophanis locus Equit. 563. V. Meier. v. „Panathenaeen” in Encycl. Sic igitur non mirum est Latinum adeo receptum esse in Graecorum antiquam theogoniam (Th. 1013.). Nec mirari oportet propter hanc heroogoniae naturam legitimo exitu fere destitutum carmen videri, ut quasi futuros etiam heroes expectare videatur. Sed de fine Theogoniae postea videbimus.

Nendum enim dixi de prooemio, quod carmini Hesiodie praemisum est a v. 1 — 115. Hoc autem cum ipsa indicatione auctoris carminis non convenire ei usui, cui ab initio destinatum esse Theogoniam exposui, sponte patere videtur. Sed adiectum est eo tempore, quo festis diebus ad aras Theogoniam canere iam desueverant, atque adiectum cum in finem, ut tetricum carmen novorum ornamentorum illocebris, et poesies et musices, homines alliceret in agonibus. Atque haec sententia

de adiecto prooemio et indicato nomine auctoris Theogoniae eximie sustentatur Pausaniae loco IX, 27: *Ἡσιόδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐσποιήσαντα*. Quem autem adiecisse putabimus? Difficilis est responsio. Mihi tamen adiecisse Terpander videtur, quem, e gente Hesiodia secundum fabulam oriundum, carmina Hesiodi etiam musica in agonibus perstrinxisse diximus. De hoc poeta ita Plutarchus de musica c. 4: *πεποιήται δὲ τῷ Τερπάνδρῳ καὶ προσίμια μιθαρῳδικὰ ἐν ἔπεισιν*. ὅτι δὲ οἱ μιθαρῳδικοὶ νόμοι οἱ πάλαι ἐξ ἑκῶν συνίσταντο, Τιμόθεος ἐδήλωσε, et paulo post c. 6: *τὰ γὰρ πρὸς τοὺς θεοὺς οὓς ἐβούλοντο* (sic scribendum esse videtur) *ἀφοσιωσάμενοι ἐξέβαινον εὐθύς ἐπὶ τὴν Ὀμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποιήσιν*. δῆλον δὲ τοῦτ' ἔστι διὰ τῶν Τερπάνδρου προσιμίων. Hoc aptissime quadrat ad prooemium Theogoniae; a laudatione Musarum statim ad Theogoniam Hesiodi transit poeta. In ipso autem prooemio tam multa insunt testimonia magnae cum regionibus Boeotiae quasi familiaritatis contractae (cf. v. 4—6.) tamque proprius est Boeotorum cultus Musarum et Gratiarum, cuius uberius in carmine inest commemoratio, vix ut ab alio quam a Boeoto scriptum esse prooemium dicas. Fuit autem Boeotus etiam Terpander secundum Suidam. Iam igitur satis apparet, cur duo prae ceteris in hoc exordio argumenta exposita sint, alterum demonstrans in Boeotia conditum esse venerabile carmen, Musarum et Gratiarum celeberrima sede, iniuria ἀναισθησίας istius accusata, de qua nuper etiam Boeckhiius dixit Expl. ad Pind. p. 162., alterum testans condidisse Hesiodum pastorem ad ipsas Heliconis radices. Sed scriptum esse Theogoniae, non universo carminum Hesiodiorum corpori (quod opinatur sine probabili ratione Muetzelliuss de emend. Theog. p. 366.), comprobatur non solum v. 33., sed toto carminis argumento, cui ne levissimae quidem indicationes Ἐργῶν insunt; imo laudes regum, quas Muetzelliuss censet esse antiquissimas (v. 80—97.), prorsus contrariae sunt gravi regum admonitioni in Operibus. Enim vero si dixi in ipsa Hesiodi Theogonia rarissima esse variarum recensionum vestigia propter ipsam argumenti sanctitatem, non mirandum est alia omnia apparere in exordio facta. Huic enim sine dubio addita quaedam adiecta sunt tam longiora quam breviora. Longiorum duo (v. 5—8. et v. 64—66.) debentur Boeoto artifice, cui Boeotiae quidam loci sacri ac numina vere propria Boeotiae adicienda esse videbantur, ne iniuria patriae fieret; tertium (v. 46.) inepte ex v. 111. est repetitum; de quarta interpolatione versus 12.

dixi supra. Restat quinta (v. 105 — 115.) a rhapsodo quodam profecta pro vs. 11 — 21. Ex his apparet me ab ea opinione de septem exordii recensitionibus, quam G. Hermannus in sagacissima ad hymnos Homericos praefatione olim exposuit, nunc fere descisse, quanquam illud Hermannus demonstravit luculenter, interpolatum multis locis esse prooemium. Eius autem interpolationis duo sunt exempla breviora gravissima. Alterum est in ista Hesiodi per Musas compellatione, quae Apollonii Rhodii tempore aliquanto uberior fuisse videtur: nam ita Scholiastes: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησὶν* ὅς *λείπει δέ, ἀλλ' ἔστι· ποιμένες κ. τ. λ.*; sententiam Apollonii non recte intellectam esse a Scholiasta satis eo comprobatur, quod cognitum Apollonio fuisse versum 26. ostenditur eius imitatione *οἶον* adverbii. Sic enim ille Argon. III, 1169:

*ἀλλ' οἶον τύνη μὲν ἔμευ, ὅτ' Ἴωλκὸν Ζηται,
μνώτο,*

quod sine antiquo auctore non fuisse ausurum Apollonium puto. Sed gravius etiam illud est, quod idem Scholiastes inonuit ad v. 28: *γράφεται δὲ γηγύσασθαι ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν*, quod praeter V 1, nullus codex praebet. Alterum brevioris interpolationis exemplum est in loco memorabili, qui uberiores regum laudes persequitur. Ibi v. 91. pro *ἀνὰ ἄστυ*, quae est omnium codicum lectio, Schol. γρ. *ἀν' ἀγῶνα*. Hoc qui legit Scholiasta (ad Iliad. XXIV, 1. p. 627. a Bekkeri) sic interpretatus est: *παρὰ δὲ Βοιωτοῖς ἀγῶν ἢ ἀγορά καὶ τὸν ἀγορανόμον ἀγῶναρχον καλοῦσιν· ὄθεν καὶ ἀγωνίους θεοὺς Ἀίσχύλος ἀγοραίους* (quam inepta sit haec interpretatio, docet Aeschyl. Ag. 496. Blomf.) *καὶ Ἡσίοδος· ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα*. Atque ex hoc scholio Muetzellius p. 339. concludit „*ἀν' ἀγῶνα* a multis et probatis auctoribus fuisse in carmine sive lectum sive repositum.” Ipsa scriptoris verba adieci, quod valde obscura sententia est. Mihi vero longe aliter statuendum esse videtur. *Ἀγῶνα ἀγοράν* esse Boeotis ex loco Hesiodi concluderunt. Pindarus enim et inscriptiones Boeoticae n. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1625. (haec, quanquam recentis aetatis, *ἀγοράν* praebet) omnes *ἀγῶνα* habent ea significatione, quae Graecis est usitatissima, ut publicam panegyrim significet, qua certamina musica et gymnica instituuntur (*Ὀλυμπικὸς ἀγῶν* etc.). Hoc si etiam hic statuis, habebis versu 91. sic lecto: *ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα*, rhapsodi interpolationem, qui regis alicuius *ἀγωνοθετοῦντος* in certamine praesentiam honore prosequi vellet. Hinc largae regum laudes ad capiendum eius animum idoneae, qui ludis publicis

praecesset vel adeo iudex constitutus esset. Non mirum igitur videbitur, si hunc locum pro panegyris ratione varie vel mutatum vel exornatum esse a rhapsodis de praemio magis quam de artis honore sollicitis statuerimus. Fuerunt igitur qui post v. 79. statim inberent sequi versum 104. totius prooemii clausulam, quum in libera civitate declamarent (huius rei indicium esse videtur explicatio vocabuli *προφερεσιτάτη* ab Aristarcho profecta); secuti sunt alii, qui v. 80. adiecerent versui 79. Alii totum locum a v. 81—103. adiecerunt, qui in regia civitate perorabant, ita tamen, ut, si ipse rex agonotheta esset, *ἐρχόμενον δ' αὖ' ἀγῶνα* mutarent. A primo enim carminis auctore non potuit utrumque scribi, sed alterum utrum debuit. Atque aut demutatum aut amplificatum fuisse hoc prooemium a rhapsodis probat etiam hymnus sic dictus Homericus XIV. *εἰς Μούσας καὶ Ἀπόλλωνα*. Eiectis his interpolationibus totum prooemium aptissime inter se cohaeret. O. vero Muellerei sententia (Ephem. Gotting. 1834. p. 1381.), qua versus prooemii 36—67. ut hymnum in Musas, versus 75—103. ut Theogoniae vel alius cuiusdam Hesiodii carminis clausulam a ceteris prooemii partibus separandos esse iubet, ut reliquae partes (v. 1—35. 68—74. 104—115.) antiquo suo nitore restituantur, nec per se satis probabilis est nec causam explicare idonea, cur haec fragmenta tanquam vento huc reiecta sint. De Klausenii opinione dixit Gruppianus de theog. p. 28.

Ipse vero Gruppianus in hoc libro novam de antiquissima forma totius Theogoniae sententiam aperuit, strophis eam constituisse putans, ternos versus complectentibus, rhapsodos deinde e ternariis quibusque strophis primum fecisse quinaras, postea denarias, tandem venisse alios, qui totum stropharum ordinem conturbarent. Atque sic multa resecans textumque, ut sibi videtur, originalem recuperans Theogoniam ita coarctavit, vix ut opus esse videatur, ut tam modico carmini prooemium quatuor stropharum praemitteretur. Accedit, quod nec ternarius nec quinarus numerus secundum Graecorum atque adeo ipsius Hesiodi sententiam sacer erat, id autem sine dubio necessarium erat demonstrare, si hanc esse sacrae poesios Graecorum, qualem Gruppianus statuit, rationem persuadere legentibus vellet. Ita enim Hesiod. *Egy.* 802:

πέμπτας δ' ἐξαλείσθαι, ἐπεὶ χαλεπαὶ τε καὶ αἶναί.

Ternarium autem numerum, cuius praeterea mentionem non fecit, una cum aliis hoc versu comprehendit (823.):

αἱ δ' ἄλλαι μετὰδουποι, ἀνήριοι, οὗ τι φέρονσαι.

Praeterea nullis usquam testimoniis probari potest Delphicum oraculum ternariis usum sortibus esse. Ceterum de toto libro Gruppii, quem multa dubia de Theogonia magno acumine movisse non diffiteor, meam sententiam uberius explicui in Nov. Diar. liter. Jenens. 1842. N. 13 — 15., cum quibus conferenda erit Ahrensii sententia (Diar. Gotting. 1842. p. 1257.) et Iul. Caesaris Diar. Antiq. I. N. 38 — 40.

VI. De reliquis Hesiodo adscriptis carminibus.

Venio nunc ad cetera Hesiodo adscripta carmina, omnia didactici generis et argumenti tam practici quam mythologici. De his omnibus conferendus est locus Pausaniae IX, 31, 4: Βοιωτῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκοῦντες παρελημμένην δόξην λέγουσιν, ὡς ἄλλο Ἑσίοδος ποιῆσαι οὐδὲν ἢ τὰ Ἔργα [hinc explicatur alius locus Pausaniae VIII, 18, 1: Ἑσίοδου γὰρ δὴ ἔπη τὴν Θεογονίαν εἶπεν οἱ νομίζουσι, et IX, 27, 2: Ἑσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἑσίοδον Θεογονίαν ἐσποίησαντα οἶδα γράψαντα]· καὶ τούτων δὲ τὸ ἐς τὰς Μούσας ἀφαιροῦσι προοίμιον ἀρχὴν τῆς ποιήσεως εἶναι τὸ ἐς τὰς Ἐριδας λέγοντες, καὶ μοι μὲν λυβδὸν ἐδείκνυσαν, ἔνθα ἢ πηγὴ, τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου λελυμασμένον· ἐγγύγραπται δὲ αὐτῷ τὰ Ἔργα. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα κειραρισμένη τῆς προτέρας, ὡς πολὺν τινα ἔπων ὁ Ἑσίοδος ἀριθμὸν ποιήσειεν· ἐς γυναικῆς τε ἀδόμητα καὶ ὡς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἥοϊας καὶ Θεογονίαν τε καὶ ἐς τὸν μάντιν Μελάμποδα καὶ ὡς Θεσεύς ἐς τὸν ἄδην ὁμοῦ Πειριθῶ καταβαίη· παλαιότες τε Χείρωνος ἐπὶ διδασκαλίᾳ δὴ τῇ Ἀχιλλέως καὶ ὅσα ἐπὶ Ἔργοις τε καὶ ἡμέραις. οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσι καὶ ὡς μαντικὴν Ἑσίοδος διδασχθεῖη παρὰ Ἀναρράνων· καὶ ἔστιν ἔπη μαντικῶν, ὅποια τε ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν. Aliter Suidas: ποιήματα δὲ αὐτοῦ ταῦτα· Θεογονία, Ἔργα καὶ ἡμέραι, Ἀσπίς, Γυναικῶν Κατάλογος ἐν βιβλίῳ ε', Ἐπιμήδειος εἰς Βάτραχόν τινα ἐρωόμενον αὐτοῦ, περὶ Ἰδαίων δακτύλων καὶ ἄλλα πολλά. Praeterea Hesiodo tribuuntur Aegimius, *Ἀστρονομία*, *Κήϋκος γάμος*, *Ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν*, *Θησεῶς εἰς Ἄιδου κατάβασις*, *Γῆς περίοδος* a variis scriptoribus suis quibusque locis in fragmentis allegatis. Vides etiam in his duplex fuisse argumentum, ut pars carminum pertineret ad mythologiam seu Theogoniam (*Γυναικῶν κατάλογον*, *Ἥοϊας*, *Ἀσπίδα*, *Ἀγίμιον*, *Θησεῶς εἰς Ἄιδου κατάβασις*, *Ἐπιθαλάμιον*, *Κήϋκος γάμον*, *περὶ Ἰδαίων δακτύλων*),

part ad practicum genus seu Opera, *Μελαμποδιαν, παλαιέσεις Χείρωνος, ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν, ἀστρονομίαν*. Quid de titulo: *ἱπικήδειος εἰς Βάτραχόν* (vel *βάτραχόν*) *τινα ἐρώμενον αὐτοῦ*, sentiendum sit nescio, videtur tamen ad Hesiodum relatum hoc carmen fuisse propter argumentum pastorale, quod simile fuit Calicis Virgiliani, qui ita finitur:

Parve Culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.

Dicamus primum de celeberrimis mythologici generis poematis, de Catalogo et Eoeis. Duos fuisse titulos uni eidemque carmini inditos ex eo patet, quod Scuti versus 1 — 56., quorum initium est ἡ οἴη, ab antiquo grammatico (p. 108. n. edit.) desumpti esse dicuntur ex quarto catalogo: τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν' καὶ ς'. Accedunt Hesychius: Ἠοῖαι· ὁ κατάλογος Ἠσιόδου, et Suidas, qui Eoeas non commemorat, sed Catalogum. Porro Eustath. II. p. 13: ἦν δέ, φασί, Βούτης υἱὸς Ποσειδῶνος, ὡς Ἠσιόδος ἐν καταλόγῳ, sed de eodem Bute Hesiodus dixerat in Eoeis magnis, Pausan. IV, 2, 1: ἀλλὰ Ἴλλου μὲν τοῦ Ἡρακλείους θυγατρὶ Ἐδαίχμῃ συνοικῆσαι Πολυκάονα υἱὸν Βούτου λεγούσας τὰς μεγάλας οἶδα Ἠοίας. Et omnino quis putet primis statim temporibus carmen dictum fuisse Ἠοίας, quod nomen inditum esse constat ab repetito semper initio carminis, quum nova quaedam heroina celebranda esset? Catalogus primo dictum est carmen, postea etiam Ἠοῖαι. Proximum simile exemplum habemus in ea parte libri Iliadis secundae, quae et κατάλογος νεῶν dicta est et Βοιωτία: illo enim titulo propter argumentum utebantur, hoc propter initium catalogi, quod (v. 494.) propterea factum a Boeotis est, quod ex Boeotia (Aulis enim est Boeotiae oppidum) in Asiam traiecerunt Graeci. Simile quid de Ἔργοις conicere licere dixi antea. Divisae hae Ἠοῖαι in quatuor libros erant (Suidam enim, qui quinque fuisse dicit, errare ex testimoniis veterum apparet, quorum ne unus quidem quintum Catalogi librum commemoravit), quorum ultimus longe maior et auctior fuisse videtur quam tres priores, unde μεγάλων Ἠοιῶν cognomen tulisse concludi ex Pausaniae verbis potest, qui ita IX, 31, 4: ἐς γυναικᾶς τε ἀδόμηνα καὶ ἄς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας. Alia discrimina, quae inter Catalogos et Eoeas invenisse sibi visus est Marckscheffelius (p. 109.), ego vel animo lubentissimo non potui agnoscere, de quibus hic dicere longum est. Unum monuisse sufficiat. Confidenter Pausaniam adscripsisse Catalogum dicit Hesiodo (p. 111.), quum

Eocum negaret Hesiodi esse. At vero ex IX, 81, 4. loco supra adscripto satis patet Pausaniam, Boeotos sibi coevos secutum, *Ἔργα* tantum Hesiodo adscripsisse, cetera omnia putavisse spuria. Non praetermittendum est autem non uni eidemque auctori tribuendos quatuor libros esse, quum haec legantur apud Scholiastam Apollon. Rhod. II, 181: *πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν μεγάλοις Ἡοίαις, ὅτι Φοῖξος τὴν [ἐς Σκυθίαν] ὁδὸν ἐμήνησεν. ἐν δὲ τῷ γ' καταλόγῳ [τῶν καταλόγων P.], ἐπειδὴ τὸν μακρὸν χρόνον τῆς ὄψεως προέκρινεν.* Sic etiam Wolfius iudicavit Prolegg. p. CLVII: „Itaque”, inquit, „nec ceteris reliquiis Homericis nec Hesiodiis defuerunt, ut opinor, *διασκευασταί*, qui singulares rhapsodias connecterent sive eas, quae ab ipsis auctoribus ad eandem formam compositae erant, uno volumine complecterentur, ut *καταλόγους γυναικῶν et Ἡοίας μεγάλας.*”

Ad hos rhapsodos etiam illud pertinet negotium, quo exitus Theogoniae, quem ex ratione heroogoniae Graecae imperfectum fuisse demonstravi, cum his carminibus Catalogi connecterent. Verisimile est enim ultimos Theogoniae versus in hunc modum cum Catalogis coniunctum fuisse:

*Νῦν δὲ γυναικῶν φύλον ἀείσατε, καλλιπέπεια
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
Ἥ τις ἐμίγη φιλότῃτι πατῆρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
Οἷη ἔην Νειόβη,*

quibus postea adiungeretur ἢ οἷη *Ἀλκμήνη* vel simile quid de ceteris heroinis, quemadmodum id indicavimus ad Scat. v. 1. Ultimos igitur Theogoniae versiculos recte comparabimus cum versibus istis, quos sub finem Iliadis inventos esse scripsit Scholiasta Victorianus: *τινὲς γράφουσιν·*

*Ὡς οἷ γ' ἀμφίπερον ἔαφον Ἔκτορος· ἦλθε δ' Ἀμαζῶν,
Ἄρηος θυγάτηρ μεγαλήτορος ἀνδροφόνιοιο.*

Connectebatur enim Aethiopsis Arctini. V. Lobeckium Aglaoph. p. 417. Cf. Welcker. Cycl. ep. p. 213. Simili transitu Epigonos adnexos fuisse aliis carminibus ipsum eorum initium docet, quod servatum est ab auctore Agonis p. 324, 3:

Νῦν αὖθ' ὀπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, Μοῦσαι.

Talia autem composita esse ad Homeri verba: *Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι*, quid mirum est?

Ceterum hos Catalogos Lucanus aut transtulit aut imitatus est: composuit enim Catalogum Heroidum. Sosicratem vero Phanagoritam et Nicaenetum Samium parodia Hesiodios libros perstrinxisse et ex eorum carminum titulis et ex Athenaei com-

memoratione videtur concludi posse. De his enim ita Athenaeus p. 590. B: *ἐπεὶ περὶ ἡμῶν ἔμποδῶν ἐγένον κατάλογον γυναικῶν ποιημένοις, οὐ κατὰ τοὺς Σωσιγέτους τοῦ Φαναγορίτου Ἡσίους ἢ τὸς τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαρμίου ἢ Ἀβδηρίτου.* Certe amplificasse Sosicratem carmina Hesiodi, quod arbitratur Bernhardy (Grundriss d. griech. Litterat. I. p. 203.), ex Athenaeo non potest demonstrari.

Scutum Herculis quod dicitur quo modo annexum fuisse videatur Eoëis, dictum est ad Sc. v. 1. In hoc autem carmine facile dignosci possunt (de industria sic scripsi) tres partes, una eaque antiquissima a versu 1—56., quae desumpta ex Eoëis erat; hanc partem in Eoëis ipsis longe alia videntur secuta esse, de quibus optime exposuit O. Muellerus Dor. II. p. 478. Secunda pars est a versu 57—140., qui sunt coniungendi cum versibus 317—480. Ex hac, ut videtur, parte quaedam ut Hesiodia laudaverat Stesichorus, probabiliter in Cycno (quae sententia est Muellerei probe illa ab Welckero Cycl. ep. p. 199. et Marckscheffelio p. 149. sustentata). Tertia eaque longe recentissima pars est uberior descriptio Scuti a versu 141—317., de qua dixi ad v. 139. 217. et 318. Scuti.

Aristophanes grammaticus primus, ut videtur, de Scuti auctore Hesiodo dubitavit (v. p. 108. ed. n.); certe videtur eius sententia, si codicem VI. sequimur, qui habet: *ὡς οὐκ οὐσαν ταύτην τὴν ἀπολοκίαν Ἡσιόδου*, imprimis valere de ea parte, quam diximus tertiam. Secuti sunt alii, ut Theodosius Alexandrinus; v. Theodos. Grammat. p. 54.; Bekkeri Anecd. p. 672, 2. p. 1163., Crameri Anecdota Oxon. IV. p. 315. Cf. Marckscheffel. p. 153. Contra non defuerunt qui Hesiodi partes susciperent, in quibus Apollonius Rhodius fuit. V. Grammat. p. 108. n. ed.: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' φησὶν αὐτοῦ εἶναι ἕκ τε τοῦ χαρακτῆρος καὶ ἐκ τοῦ τὸν Ἰόλαον ἐν τῷ καταλόγῳ εὐρίσκειν ἠρισσοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ*, nisi scribendum esse videtur: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος φησὶν αὐτοῦ εἶναι — ἐν τῷ γ' καταλόγῳ —*. Praeter Apollonium Megacles Atheniensis dicitur pro genuino Hesiodi carmine habuisse. Sed pro Megacle sine dubio cum Schweighausero ad Athen. T. XI. p. 346. introducendus erat Megacles, de quo ita Athenaeus XII. p. 512. E.: *Διόπτρις καὶ Μεγακλείδης ἐπιτιμᾷ τοῖς μετ' Ὀμηρον καὶ Ἡσιόδου ποιηταῖς, ὅσοι περὶ Ἡρακλέους εἰρήκασιν κ. τ. λ.* Eiusdem non immemor erat Heinrichus praef. Scut. p. LXIII., quanquam apud eundem Athe-

necum alius cuiusdam Megacis liber περί ἐνδόξων ἀνδρῶν memoratur X. p. 419. A.

Ad Eoecus pertinet egregium fragmentum Hesiodi, quod a Cobeto, Batavo doctissimo, nuper detectum maximo cum ingenii acumine native nitore suo restituit I. Geelius. Cuius hermaei inventi quum superiore auctumno Ritscheliius meus e Batavia Ostendam veniens mihi nuntium attulisset, ego statim instare et ab eo petere, ut Geelium precibus suis mea causa expugnaret. Extempore enim praevidi, Geelium si annuisset, ut novi fragmenti copia mihi fieret, magnum meo Hesiodo ornamentum creatum iri. Nec spes me fefellit. Maxima enim humanitate Geelius, vir doctissimus, has literas per Ritschelium mihi misit:

Goettlingio, viro clarissimo,

I. Geelius S. P. D.

Narravit tibi Ritscheliius de fragmento Hesiodico nuperrime reperto in Codice Veneto, quod quum impertiri tibi te magno opere velle significaverit, Hesiodi alteram editionem paranti, lubentissime describam. Reperit autem Cobetus meus, insigni valens memoria et artis palaeographicae peritia, rimandisque veteribus membranarum plane factus.

In Scholiorum Euripidis Codice Marc. 471. fol. 48. recte legitur in margine dext. ad Orest. v. 239: ἐπίσημον ἔτεκε τυνδάρεως: ἐτησίχορος φησιν ὡς θεοῦ (sic) τοῖς θεοῖς τυνδάρεως ἀφροδίτης ἐλάθετο. δι' ὃ ὀργισθεῖσα τὴν θεὸν διαγάμους τε καὶ τριγάμους καὶ λειψάνδρους αὐτῆς τὰς θυγατέρας ἐποίησεν. ἔχει δὲ ἡ χοῆσις οὐνεκά ποτε τυνδάρεως ῥέζων πᾶσι θεοῖς μιᾶς ἐπυλάθετο ἠπιστάθρον κύκρινος κείνα δὲ τυνδάρεω κούρας (sic: ἡ ὄ) χολωσαμένη διαγάμους τε καὶ τριγάμους τίθει καὶ λιπείσθρας (sic) καὶ ἠσίδος δὲ τῆσι δὲ φιλομειδῆς ἀφροδίτη ἠγάσθη προῖδουσα κακὴν δέσφ' ἤμβραλε φήμην. *τις ἀνδρὶ μένει. εἴ τ' εχέτον προλιποῦσ' ἐβεβήκει. ἔκετο δ' εἰ σφιαία φίλον μακάρεσσι θεοῖσι*. ὡς δὲ κλυταίμνηστρα λιποῦσ' ἀγαμέμνονα διὸν ἀγλαῖσθφ παρίελετο καὶ εἴλετο χεῖρονα κοίτην ᾧδ' ἐλέ ἤισχυνη λήχος ξανθοῦ μενελάου: —

Pro verbis, quibus utrimque asteriscos apposui, in vulgato Scholio legitur καὶ Ὀμηρος, nescio quo errore librarii: nam quae sequuntur, nusquam apparent in Poeta, et in hoc Scholio integre est continuitas quaedam sententiae. Itaque inde ab ἠσίδος usque ad finem omnia sunt Hesiodi vel Poetae Hesiodici.

Accipio τῆσιν, quod tu olim edidisti pro τῆσι, quamquam excidere quaedam potuerunt ante φιλομειδῆς. Vulgatum προσιδούσα praefendum videtur alteri προιδούσα, cui tribuenda vel haud satis antiqua potestas providendi, quae his verbis non convenit, vel e longinquo prospiciendi, non magis idonea. In προσιδούσα intelligo pulcritudinem trium istarum virginum, quam adspiciens Dea eo magis se neglectam esse ab Tyndareo indignabatur.

Sequuntur turpissime corrupta, de quorum tamen emendatione non desperandum, quoniam tenemus Echemum, latentem in εχερον. Totum fragmentum ego sic constituerim:

τῆσιν δὲ φιλομειδῆς Ἀφροδίτη
 ἠγάσθη προσιδούσα, κακὴν δὲ σφ' ἔμβαλε φήμη.
 Τιμάνδρην μὲν ἔπειτ' Ἔχემον προλιποῦσ' ἔβηβήκει,
 ἔκετο δ' εἰς Φυλῆα, φίλον μακάρεσσι θεοῖσι.
 Ὡς δὲ Κλυταιμνήστρην προλιποῦσ' Ἀγαμέμνονα δῖον
 Ἀγλαῖσθφ παρέλεκτο καὶ εἴλετο χεῖρονα κοίτην,
 ᾧδ' Ἐλένη ἤσχευε λέχος ξανθοῦ Μενελάου.

In postremis propterea ᾧδ' Ἐλένη recipio pro vulg. ὡς δ' Ἐλένη, quod δὲ in ὡς δὲ Κλυτ. respondet praegressis Τιμάνδρην μὲν. Sententia: sicut autem Clytaemnestra — ita Helena cet.

Ceterum restitutio nominum Timandrae, Echemi et Phylei nititur verbis Eustathii ad Iliad. B. 616: Φυλεὺς γὰρ, φασίν, μοιχεύσας Τιμάνδραν ἀδελφὴν Ἐλένης ἀπήγαγεν εἰς τὸ Δουλίχιον. Hic autem Phyleus, Hesiodo dictus φίλος μακάρεσσι θεοῖσι, ab Homero l. l. vs. 628. vocatur Διὶ φίλος. Timandram nuptam fuisse Echemo, Arcadam regi, satis notum est ex Pausania VIII, 5, 1: φαίνοιτο δ' ἂν τῷ ὑστέρῳ τῶν λόγων καὶ Τιμάνδρα συνοικήσασα ἢ Τυνδάρεω τῷ ἀποκτείναντι Ἄλλον Ἐχέμφ. Ex cuius verbis recte, ut spero, colligo locum Hesiodi fuisse fontem istius traditionis, quam quum poeta sic retulisset, ut incertum relinqueret cuiusnam Echemi inter plures eiusdem nominis Timandra uxor fuisset, nunc comparatis duabus traditionibus, receptaque posteriore, Pausanias fuisse conficit Echemum, regem Arcadiae, Hylli interfectorem. Si enim Heraclidae rediissent regnante Oreste (ut prius narraverat I, 41, 2.), non huius Echemi potuisse Timandram coniugem esse, sed iunioris cuiusdam Echemi, cuius tamen uxori vetulae, quippe materterae Orestis, nullum periculum fuisset ab moechno. Haec, nisi fallor, est sententia verborum Pausaniae, quae paulo obscuriora sunt, necdum, quantum memini, explicata.

Unde Eustathius hauserit incertum est in tanta iactura veterum Scholiorum. Legisse eum pleniora quam quae nunc habeamus in Schol. Ven. ad Il. B. 628. probabilis est coniectura Heynii ad Apollod. II, 5, 5., nec reticebo videri mihi intercidisse versum post *μακάρεσσι θεοῖσι*, cuius haec fuerit sententia: Ad Dulichium, quo eam Phyleus ex Tegea raptam duxit. Recusabis fortasse supplementum, quo admissio de Timandrae adulterio multo verbosius exponatur quam de Clytaemnestrae et Helenae. Huic dubitationi sic respondeo: vix excogitari posse, unde Eustathius de Timandrae fuga ad Dulichium audire potuerit, nisi ex isto ipso fragmento Hesiodico: tum, ideo accuratius in hoc de Timandra referri quam de sororibus, quia harum fama percrebuisset, illius novitia esset; cuius fata et dedecus ne postea quidem, quantum scimus, in scena, quae sororum piaculis personuit, audita sunt, nec Pausanias ipse, antiquitatis diligentissimus scrutator, satis accurate noverat, scribens *φαίνοιτο δέ*. Versum denique, quem tu inter fragmenta recepisti ex Schol. Vrat. Pindari XI, 79: *Τιμάνδρην Ἐχέμος Φαλιγῆν ποιήσας ἄκοιτιν*, cum verbis nunc repertis conglutinari posse, mecum dubitabis: quem mihi non persuasisti ad Aegimium pertinere, quo retulisti in priore Editione. Vides, Goettlingi, me non nimis securum esse nec de huius Carminis nec de eius aetate, unde decerpta sunt, quae Scholiastes Euripidis supeditavit.

Rogasti Scholion, Goettlingi doctissime, non sententiam meam. Dedi utrumque; nec sententiam non rogatus tulissem, nisi haec prius partim conscripta habuissem, alio tempore promenda; sed omne hoc, quidquid est bonarum literarum, commune bonum est. Uteris, ut lubebit. Eadem plenius elaborare et exquisitius ornare Tu poteras, cuius doctrinam magni facere soleo. Quodsi dignas censueris has literas meas, quae edantur, non nocituras meae existimationi, ede, *πάντα χυάματα*, ne postremis quidem his resectis: in quo modestiae tuae damnum ego praestabo. Vale.

Scripsi Lugd. Batavorum
die 13. Nov. 1842.

In quibus literis facile dignam Valckenaeriis Ruhnkenisque ingenii aciem agnosces; tam egregie Geelius versus 3. et 4. fragmenti restituit. Quam restitutionem mirum quantum confirmat Eustath. ad Il. I. p. 125. 126. et 797, 45. [Fragm. CCXX. n. ed.]: *καὶ Ἡσίοδος Φυλία φίλον μακάρεσσι θεοῖσι*, ubi Hermannus

recte Φολῆα. Simul hoc Geelianum fragmentum docere potest, quam lubrica res sit fragmenta poetae velle in ordinem disponere. Nemo enim divinavit vel divinare poterat fragm. CCXX. n. edit. componendum esse cum fragm. CCVI.

Pauca addere liceat. Quod Geelius post *μακάρεσι θεοῖσι* versum excidisse suspicatur, quo Dulichii mentio facta sit, eam ob causam non probabile videtur, quod Echemum filiumque eius Evandrum una cum Timandra alias etiam commemoraverat Hesiodus, ut ostendit Fragm. CCXLII., quod ego nimis contraxi: sequuntur enim apud Servium haec: Leda et Tyndarei filias, Clytaemnestram, Helenam et Timandram, quam duxit uxorem Echemus Arcas, cuius filius fuit Evander. Ex eo igitur loco, quem Servius in animo habuit, narrationem de Dulichio suam hausisse putandus est Eustathius. Neque aliud Echemi statuendi necessitatem video. Nihil enim Pausanias dicit aliud, quam famam fuisse illam Hylli expeditionem factam esse Orestis tempore; quam ille opinionem sola aetate Echemi, Hylli interfectoris, computata reiciendam esse arbitratur.

Ceycis nuptias partem fuisse Catalogi vel Eocarum multi fuerunt qui dicerent. Paucissimae conservatae reliquiae sunt, quibus adiciendum nunc videtur illud, quod Hesiodii carminis fuisse suspicatus erat Muellerus Dor. II. p. 481: *Ἀντόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαίτας λασιῶν*, vel potius: *Ἀντόματα δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαίτας λασιῶν*, ut Hesiodus dixisse videtur, cuius postea invertit sententiam Eupolis. V. Meinekii Fragmenta poetarum com. ant. I. p. 542., qui Schneidewini in Zenobii textu coniecturam (v. Bergkii rell. com. Att. p. 440. et Schneidew. ad Zenob. prov. II, 19.): *οὕτως Ἡσίοδος ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ*, pro *οὕτως Ἡράκλειτος* recepit. Certe, si nihil mutandum esse videatur, ille Heraclitus non est Ephesius, sed Comicus, cuius *ἄετις* commemoravit Athen. X. p. 414. D., nisi substituendus Heraclides est cum Meinekio Histor. crit. Com. Graec. p. 422.

Ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν Hesiodo adscriptum esse videtur propter argumentum, quod ab Eoeis non adeo diversum esse videbatur.

Thesei cum Pirithoo ad inferos descensus Harlesio (Fabricii Bibl. Gr. I. p. 592.) ex Aegimio desumptum carmen videbatur. De qua re vehementer dubito. Inductus in errorem esse videtur eo, quod Cercopi poetae, quem Aegimii auctorem fuerunt qui haberent, quaedam *εἰς ἄδου κατάβασις* tri-

buitur, quae quum Orphici argumenti esset, nihil commune habebat cum argumento Aegimii mythologico. Argumentum indicasse videtur Plutarch. Thes. 35. Cum hoc autem si plura, ut multi credunt, coniuncta fuerunt alia, etiam de Aegle, propter quam deseruisse Ariadnam Theseus dicebatur, de qua re Hereas Megarensis exposuerat (Fragm. CXIII.), non improbable videtur etiam illos versus, quos ex nescio quo poeta idem Hereas allegaverat (Plut. Thes. 32.):

τὸν (Ἄλκυον) ἐν εὐρυχώρῳ ποτ' Ἀφίδνῃ
Μαγνάμενον Θησεὺς Ἑλένης ἔνεκ' ἠϋκόμοιο
κτείνεν

pro Hesiodiis habendos esse. Hereas ab Etym. M. p. 436. Heras dici videtur.

De Aegimio dixi p. 251. Unum addere liceat propter fragmenta VII. et VIII. In hoc poemate sermonem etiam fuisse de Doriensium republica novisque in ea legibus latis concludi potest ex Pindar. Pyth. I, 125: αἰεὶ μένειν τιθμοῖσιν ἐν Ἀλγίμου¹⁶⁾ Δωγίοις. Neque Hylli Timandraeque mentio abesse poterat.

Carmen περὶ Ἰδαίων θακτύλων, de quo vide Lobeck. Agl. p. 1156., et Μελαμποδία (non Μελαμφοδία, ut legitur apud Fabricium Bibl. Gr. I. p. 115.) ad idem mythologicum genus pertinere nunc puto: de Melampodiā enim recte exposuisse videtur Marckscheffelius p. 169. Ceterum de eodem Melampode fabulas collegit Eckermannus (Melampus und sein Geschlecht. Goett. 1840.).

Ad didacticum porro genus olim dixi pertinere ἐπη μαντικά et ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν, quae Pausanias commemorare videtur. Sed de ἐπεσι μαντικοῖς recte monuit Marckscheffelius non esse habenda in titulis carminum Hesiodiorum, quum verba Pausaniae nihil videantur significare, quam multos esse in carminibus Hesiodiis versiculos, qui de vaticiniis agant; idem tamen dicendum erat de ἐξηγήσεσιν ἐπὶ τέρασιν. Monendum est enim Pausaniam Herodotum et Homerum imitantem τὴ particulam (nisi praefers cum novissimis editoribus supposititiam dicere) relativis ita adiungere, ut horum vim intendat; ἐπόσα τε sunt igitur quae e-cun-que; neque τὴ illud cum καὶ ante ἐξηγήσεις componendum

¹⁶⁾ Mirum est de accentu vocabuli Ἀλγίμιος nihil apud grammaticos reperiri. Ego duos locos Pindari (Pyth. I, 64. V, 72. Boeckh.) ut antiquissimos omnium secutus in doctrina de accent. Gr. p. 172. dixi ὄξυτόνωσ pronuntiandum nomen esse; sed monendum est in omnium scriptorum senioris aetatis locis proparoxytonon esse.

est. Totus igitur locus Pausaniae sic intelligendus. Post ὅσα ἐπὶ ἔργοις καὶ ἡμέραις nulla amplius titulorum Hesiodiorum commemoratio; pergit Pausanias ad vitam Hesiodi enarrandam; iam igitur quum dixisset secundum auctores quosdam Hesiodum apud Acarnanas didicisse divinationem (quod Acarnania inde ab Alcmaeone habebatur vatium feracissima; v. Valckenar. ad Herodot. I, 62. VII, 221. Clement. Alex. Strom. I. p. 245. Sylb.), postea adiecit posse huic sententiae ex ipsis Hesiodo adscriptis carminibus fidem quandam parari: quaecunque (ὁπόσα τε) enim et nos ipsi legimus plena sunt divinationis et explicant prodigia. His vero verbis praecipue Hesiodi Opera innuisse putandus est: v. 383. 415. 448. 564 — 566. 571. 582. 609 — 619. all. Adde etiam Schol. Aeschyl. Prom. 793. (Fragm. CXCI.): περὶ γρονκῶν Ἡσίοδος πρῶτος ἔτετατεύσατο, et Schaubach. Geschichte der Astronomie p. 36.

Astronomia vel ἀστρολογία vel ἀστρικὴ βίβλος tribuitur Hesiodo a Plinio H. N. XVIII, 25: Occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus (nam huius quoque nomine exstat Astrologia) tradidit fieri, quum aequinoctium auctumni conficeretur, Thales vigesimo die ab aequinoctio, Anaximander vigesimo nono, Euctemon XLVIII. Plut. de Pyth. or. 18: ἐν μέτροις πρότερον Εὐδόξου καὶ Ἡσίοδου καὶ Θαλοῦ γραφόντων, εἴ γε Θαλῆς ἐποίησεν, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, τὴν αὐτῷ ἀναγραφομένην ἀστρολογίαν: unde concludas Plutarchum ἀστρονομίαν pro vere Hesiodio carmine habuisse. Callimachum epigr. XXIX. eiusdem opinionis auctorem nolui addere, quod Ἡσίοδου τόδ' ἄϊσμα καὶ ὁ τρόπος etiam de Operibus intelligere licet.

Sequuntur Χείρωνος ὑποθήκαι, de quarum argumento silere satius duco, quam quae nec sciri nec credi possunt proferre. Aristophanis Byzantii sententiam de libelli auctore protuli fragm. CLXXXIII.

Γῆς περιόδος, quae tanquam poema Hesiodi citatur (v. Fragm. p. 294.), nihil aliud esse videtur, quam Hesiodiorum locorum ab Eratosthene [Eudoxo] facta de hac re collectio et eo titulo insignita, qui ab Hecataeo inde celeberrimus erat. V. Klausen. Hecat. p. 13. Cui sententiae obstare dixerunt F. Osannus (Zeitschr. f. Alterth. 1841. p. 645.) et Marckscheffelius p. 197., quod Strabo VII. p. 302. memoriam sententiae cum carminis nomine ex Ephori historiis hausisse videatur. Hoc autem minime concludere licet ex Strabonis verbis, qui versum γλακτο-

φάγων εἰς αἴαν ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων ex Hesiodo allegavisse Ephorum quum sciret, ipse de suo addidit ἐν τῇ καλουμένῃ γῆς περιόδῳ. Nam vere Hesiodi carmen si fuisset Γῆς περιόδος, certe non addidisset ἐν τῇ καλουμένῃ Strabo. Quod Euthydemus apud Athenacum III. p. 116. A. praeterea Hesiodum inducit περὶ ταριχῶν praecepta dantem, ipsius Euthydemii festivum inventum est.

Omnium fragmentorum indicem secundum titulos invenies p. 307., indicem praecipuorum scriptorum, qui reliquias Hesiodi conservarunt, p. 308., in quem eos scriptores nolui recipere, qui Hesiodi locos quosdam commemoraverunt quidem, sed aut brevioribus verbis aut depravatoribus. Ordinem, quo superiore editione disposueram disiecta Hesiodi membra, in universum etiam nunc secutus sum. Quod mirabuntur fortasse qui iudicii G. Hermannii, quem honoris causa nomino, (Opusc. VI. p. 255.) de sic dispositis carminibus et eorum meminerunt, qui post Hermannum dixerunt similiter; sed duabus praecipue de causis non prorsus eum ordinem mutare volui, quem non prorsus imprudens institueram: primum enim tam lubricum est negotium fragmenta ordinare, ut assensum ferre vel paucorum difficile sit; deinde, si plane novum ordinem excogitassem, verendum erat, ne iterum etiam in hac re in me excitarem apium et fucorum vel aculeos vel bombos, qui, regis semel iudicio de libro meo interposito, sic in me involarunt, ut tacere satius ducerem quam Ciceronis dictum meo etiam exemplo confirmare: aculeum apis sine clamore ferre non possumus. Quare in universum conservavi pristinum ordinem, paucis tamen exceptis et erroribus correctis, quos Hermannus indicavit plurimos, alios Marckscheffelius. Post me alii etiam in colligendis fragmentis Hesiodi elaboraverunt, C. Lehmannus de Hesiodi carminibus perditis partic. I. Berol. 1828., F. S. Lehrsius (in corpore epicorum Graecorum. Paris. 1840), H. Duentzerus (die Fragmente der epischen Poesie der Griechen bis zur Zeit Alexanders d. Gr. Köln 1840; Nachtrag zu den Fragm. Köln 1841), G. Marckscheffelius (Hesiodi, Eumeli, Cinaethonis, Asii et carminis Naupactii fragmenta. Lips. 1840), quorum omnium hic, quem ultimo dixi loco, fuit diligentissimus et in conquirendis reliquiis et in ordinandis; huius igitur collectionis numerum meis numeris adieci in parenthesi. Totum tamen Marckscheffelli ordinem nolui sequi tam propterea, quod ignavum videbatur ope-

rem eius quasi praedam mihi arrēgare, quam eam ob causam, quod multis locis mihi dissentiendum ab eō erat. In universum autem brevitati maxime studui, ne fragmentorum moles carminum ipsorum corpus quasi subrueret.

VII. De antiquis grammaticis Hesiodi interpretibus.

In carminibus Hesiodiis edendis et explicandis multi numero grammatici antiqui operam posuerunt haud contemnendam, quam admodum paucae eorum annotationes nostram tulerunt aetatem. Dixi de industria antiquos grammaticos. Quae enim Pisistrato adscribi videtur editio (v. Fragm. CXIII. Cf. Plut. Thea. 32.) et quae Aristoteli tribuuntur ἀπορήματα Ἡσιόδου apud auctorem anonymum vitae Aristotelis (Menag. Diog. L. p. 202) nimis sunt dubiae auctoritatis, quam ut hic in censum venire possint. De Praxiphanis iudicio de exordio Operum dixi p. 159. Cf. Preller. de Praxiph. et Classen. Gramm. Gr. prim. p. 8. Primus igitur nominandus Zenodotus est, Ephesius sine dubio, cuius annotationes ad Theogoniam 5. 116. conservatae sunt a Scholiastis. In annotatione priore vulgatam lectionem: ἐν δὲ τοῖς Ζηνοδοτείοις γράφει Τεղμησοῖο· τὰς δὲ πηγὰς ἔχει ἐν τῇ Θεσπιακῇ χώρῃ καὶ ἀπ' αὐτῆς ῥεῖ εἰς τὴν Κωπαῖδα λίμνην, κακῶς· ὃ γὰρ Τεղμησὸς ὄρος ἐστὶ καὶ οὐ ποταμός, Gaisfordium recte emendasse: ἐν δὲ τ. Ζ. γράφεται Τεղμησοῖο, testatur codex Neapolitanus; pro τοῖς Ζηνοδοτείοις legendum est ταῖς Ζηνοδοτείοις, sc. διορθώσεσι. V. Apollon. Dync. de pron. p. 140. B. Bekk.: Ἐν ταῖς Ζηνοδοτείοις διορθώσεσι δίχα τοῦ ἦ Ζεὺς δὲ πρὸς ὃν λέχος ἐγράφετο. Etiam in Homeri recensione suam Boeotiae cognitionem demonstravit, quanquam et hic obtrectatores suos nactus est. V. Strabon. IX. p. 284. Ζηνόδοτος δὲ γράφων· οἱ δὲ πολυστάφυλον Ἄσκηρην ἔχον, οὐκ ἔοικεν ἐντυχεῖν τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἡσιόδου περὶ τῆς πατριδος λεχθεῖσι καὶ τοῖς ὑπ' Εὐδόξου πολὺ χεῖρον λέγοντος περὶ τῆς Ἄσκηρης, unde sua convasavit Eustathius ad Il. p. 270. ed. R. Zenodotum igitur non legisse Hesiodum, quem edidit? Scilicet ista regio neque nunc prorsus aversa vino est. Quod Zenodotum secutus sum Th. 5., erit fortasse qui vituperet provocans ad Wolfii prolegg. p. CC: „Ac sane plurimae lectiones eius tam sunt improbabilis et a tanta temeritate iudicii profectae, ut ita emendare vel tironem hodie pudeat.” Dura sane verba

